DICTIONARIUM ETYMOLOGICVM LATINVM, ANTIQVISSIMVM & noviſſimum nunc demum infinitis penè laboribus & continuis vigiliis compoſitum & abſolutum à FRANCISCO de Sacra Quercu.

OR,

A DICTIONARIE DECLARING THE Etymologies, the Originall and derivation of all Words uſed in any Latine Authors, with the reaſon of their Derivations and Appellations; never any in this kinde extant before.

Whereunto, beſides the hard and moſt uſefull words in Divinitie, Philoſophie, Phyſicke, and Logicke, are added many thouſand other words out of the Civill and Canon Lawes, Gloſſaries, Criticks, and other approved Authors, old and new; with their Greeke in more exactneſſe than ever was in *Calepine, Morelius*, or any other: and alſo the Coines, Meaſures, Weights; and many other uſefull Additions, as will appeare in the Epiſtle to the Reader, and better in the worke it ſelfe.

Hereunto is alſo annexed the Proper Names, adorned with their Etymologies; illuſtrated and explained with Hiſtories, Proverbs, Mythologies, &c. Together with the Chronologie of the Perſons, and the beginning of noted Cities, and plantation of ſundry Countries; the Geographie, and the Names both antient and new, of the moſt remarkable Places.

Laſtly,

RIDERS Dictionarie, (*i.*) the Engliſh before the Latine, compiled by RIDER, is augmented with many hundreds of Words, both out of the Law, and out of the Latine, French, and other languages, ſuch as were and are with us in common uſe, but never printed until now, to the perfecting of the worke.

Now the fifth time newly corrected, and very much augmented by the great induſtrie and paines of FRANCIS HOLY-OKE.

LONDON.

Imprinted by *Felix Kingſton* for *Iohn Waterſon*. 1640.

CVM PRIVILEGIO.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO CAROLO, WALLIÆ PRINCIPI, CORNUBIÆ DUCI AUGUSTISSIMO, &c.

NOn diu deliberandum fuit, quorum ſyderum auſpicia novis hiſce libris natalitiis implorarem; Dictionario huic Etymologico, ut faveas ipſe, (Princeps Illuſtriſsime) & humanitate Regiâ viam præſtruas, facilè poteris exorari; præcipuè, ſi rationem huius conſilii probè perſpexeris. Pater enim meus adhuc ſuperſtes, huius primi Etymologici author unicus, nunc πόνῳ, νόσῳ τε, χρόνῳ τε confectus, in ſupremis mihi mandatis dedit, me ſub Tui nominis clientelâ opus hoc ſuum, quod tanto ei ſudore conſtitit, æternitati conſecrare. Expertus ſiquidem ipſe patruo Tuo Henrico ὦ μακαρίτη, patréque, jam Regum potentiſsimo (quorum ætatulis primitùs fuit accommodatum) tantum vel in teneris ad literas deſiderium fuiſſe, ut nulla lege in nobiliori Tua indole diſsimilem affectum vereri pateretur. Jure igitur, vel hæreditario,

liber hic à te ſollicitè Auguſtum expetit patrocinium. Ex-hinc inſuper veniam audaciæ meæ impetrare confidam: invitus aliàs, & non niſi coactus, humillimum hoc patris mei, σφόδρα βροντος donarium oblaturus. Res tamen adeo publicæ utilitatis, ut fortè nec indignum duxeris munus, quod Tuæ Majeſtatis adoleſcentiæ traderetur, ex quo juventutem tuam informare poteris, niſi annos literis præveniſſes. Nec mirum! habes enim præter utriuſque Parentis ſacratiſſimum Genium, juventutis Tuæ Rectorem, quem Burrhum alterum, aut Senecam appellarem, niſi quod in Trajanum inciderit, Cuius munitus præſidio, auſus ſum ipſe Tantæ Majeſtatis Principem adire tantillo licèt munuſculo; In quod ſi oculos Tuos obvertere, manuſque Regales admovere digneris, ſatis me paternæ oblationi conſuluiſſe credidero.

Celſitudini veſtræ

Orator humillimus,

THOMAS de Sacra Quercu.

Ampliſsimo & multis pietatis, eruditionis & veræ Nobilitatis titulis illuſtriſſimo *Franciſco Leigh*, Baroni de *Dunſmore*, Patrono ſuo honoratiſſimo.

HOc quicquid eſt munuſculi tenue licèt & incultum Honori tuo (Heros inclyte) dicandum cenſui, tibi ſpero vel eo nomine longè acceptius futurum quòd patrem meum authorem agnoſcat. Qui in hac noviſſimâ operis ſui editione me amanuenſem hac lege conduxit, ut haſce propriorum nominum Etymologias Tibi (meorum facile Principi) meo nomine inſcribi pateretur. Diu eſt ex quo ad exoptatâ hanc opportunitatis anſam anxius ſuſpiravi. Cujus beneficio debeo quod frequentia illa (quà publica, quà privata) favoris veſtri ſpecimina tum erga patrem meum, annis jam gravem, tum meipſum ab incunabulis penè & ineunte inſuper ætate per lõgum exhibita, publicè profiteri licet; quin & officium pariter meum & devoti animi gratitudinem teſtata reddere. Nec incongruè videor hanc operis partem Amplitudini tuæ deſtinâſſe, ubi inter heròas Græcos, inter procetes Latinos, præclarè geſta tua, Tuas virtutes, juſtitiam & prudentiam paſſim leges. Neque enim fas eſt ita privatis immorari beneficiis ut ea præteream quæ in Rempublicam contuleris: de qua adeo optimè meritus es, ac ſi in ejus ſolius bonum natus fuiſſes. Ex quo Tu pro Tribunali juſtitiæ operam impendiſti, nemo innocens potentioris gratiam extimuit; nemo nocens aliunde veniam quàm ex pœnitentia ſperavit: imo ſcelera ipſa ex Te modeſtiam aliquam didicerunt. Sed hæc utcunque magna, Tibi forſan cum paucis aliis communia ſunt, illud utique proprium, quod in penſione pro pauperibus eroganda terras Tuas, certè ampliſſimas, ad unum omnes in cenſum venire non tantum paſſus es, ſed imperâſti: Novo ſanè ſed tam magno exemplo, ut reliquos feudorum dominos puduit non imitari, & bonitati tantæ obviam ire aut non auſi ſunt, aut noluerunt: adeo ut Tibi jam debeamus quod non ſolus pauper pauperem alat. Nec illud minus prætereundum, felicem reverà Te patrono clerum: Cui anguſta videtur innocentia ad legem bonus eſſe; atq; adeo non contentus decimas ſolvere (illud ſiquidem juris eſſe ſtatuis,) hoc quemvis decet; honeſtum auctarium addis, hoc munificentiæ eſt; hoc te decet. Atque hęc ſunt quæ Te verè nobilem facerent, niſi talem invenirent, non minus avitâ proavorum gloriâ quam virtute propriâ illuſtrem. Cujus majores non apud Londinenſes ſolum ſummos conſecuti ſunt honores (quod etiam Nobilitatis ingenitæ honorem reddit cumulatiorem) Nec miſeras illas & mentitas dignitates ſapiunt, quas nummi agunt, aut fœda mercede vœneunt. Gens ſiquidem antiqua Leighorum non ſolum in Warwicenſi noſtra, & in circumvicinis provinciis, ſed etiam in plurimis hujus regni regionibus, tum radices olim egit, tum ramos etiamnum propagat per multas familias Equeſtri ſaltem dignitate inſignes. E quibus unum, tibi & conſanguinitatis & amicitiæ jure conjunctiſſimum, & mihi beneficiis abundè notum, nobilem Baronettum Thomam Leigh, ſcio non ægrè feres ſi honoris cauſâ nominavero. Gratularer hic Tibi lubens præ cæteris familiæ ornamentis caſtam, piam, nobilem conjugem, Heroinam, & tres filias cohæredes ex ea ſuſceptas, ut numero ſic vetuſtate Gratiis pares. Sed me reprimo; & tandem cogitare incipio non minus quid Te audire placeat, quam quid me dicere conveniat. Spero me utrumque aſſecuturum iri, ſi & patrem meum ſenio jam & labore confectum, & meipſum porro inter juventutis Lubrica verſantem clientelæ Tuæ in perpetuum addixero: Deum Optimum Maximum oratum habens, ut omnia Tibi ex votis (quæ niſi honeſtiſſima eſſe non poſſunt) ſuccedant.

E Muſæo Col. Reg. 4 Idus Sept.

Humillimus & omnibus mancipij vinculis
Honori tuo devotiſſimus.

THOMAS de Sacra Quercu.

AMPLISSIMO VIRO
CLEMENTI THROCK-
MORTONI, EQVITI AVRATO, PA-
TRONO SUO DIGNISSIMO, HO-
MINUM, CIVITATUM, ET OPPIDO-
RUM ILLUSTRIUM NOMEN-
CLATURAM OLIM
D. ET D.

E. D. S. Q.

AD LECTOREM.



Eternum verbum cum verbo omnia formâsset, verba item formavit rebus singulis accommodata, quæ nomina simul & naturas denotarent. Et tam arctam inter res & verba connexionem instituit, ut ex nomine ad suam originem reduci, naturam simul & nominis rationem sive etymologiam primævis hominibus invenire, nullo negotio liceret. Hujus rei veritatem verenda illa nomina quibus Deus Opt. max. naturæ suæ pleniorem notitiam nobis communicare dignatus est, luculenter ostendunt. Jehova enim sacratissimum suum nomen יהוה & ἀγιωτάτον ab essentia, Exod. 3. Jesum ab officio salvandi, Mat. 1. 21. appellari voluit. Eundem ordinem in creaturis à se nominatis servare voluit, cum verò Adamum finxisset, & in horto voluptatis collocâsset, linguam sanctam eum edocuit, & verborum scientia instruxit, ut ad ejus exemplar creaturis reliquis nomina secundum naturas imponeret. Quare Adam vocavit mulierem אשה viram, quia ex viro: eandem & חוה Hevah, quia mater erat omnium viventium. Sedula posteritas prototypon imitari non destitit. Jaacob, יעקב à supplantando, נבל Nabal, à stultitia nomen meritò sortitur, & infinita alia ex sacris paginis exempla ubique occurrunt. Hoc felix inter res & verba conjugium inviolatè mansit, donec universa terra erat unius labij & verborum eorundem. Gen. 11. 1. Nam hucusq; lingua sancta quæ postea dicebatur Hebræa adeo ampla & perfecta extitit, ut curiosis hominibus nova verba excogitare, nullus erat locus relictus. Sed non diu durat humana felicitas: Linguarum enim confusio ad turrim Babel inchoata, multis obscuritatibus rem totam obfuscavit, & ex uno fonte varij rivuli, ex una radice varij ramuli difficiliorem fecerunt ad originem regressum. Attamen ex hac linguæ confusione non aliæ planè linguæ & prorsus diversæ, sed potius ex eadem sancta lingua variæ dialecti sunt exortæ, ut adhuc in illis ipsis Orientalibus linguis demonstrari facilè possit: Lingua Syriaca, Chaldaica, Arabica, Persica, Ægyptiaca, Punica, &c. antiquæ linguæ sanctæ originem adhuc referunt. Imo in Græcis & Latinis dictionibus innumeris linguæ primitivæ vestigia ubiq; apparent. Sed quo longiùs posteri Chami & Japheti à Shemi familia sedes fixere, eo magis à puritate sermonis primigenij deflexerunt & agrestem barbariem ex horridis & incultis locis quos incolebant, quasi unâ cum spiritu hauserunt. Hinc nomina antiqua aboleri, nova superinduci, varia pro hominum arbitrio imponi, alia pro oblitis & malè intellectis excogitari, omnia denique adeo obscurari ut ad veras paucorum origines non nisi multimoda investigatione perveniri possit. Nam in desertis illis & longè dissitis locis vera Dei notitia, Artes liberales & disciplinæ verborum imo nationum origines & tandem literæ ex hominum memoria penitùs exciderunt. Attamen Ægyptij & Chaldæi, Phœnices, omnesq; finitimi populi ex Hebræis: Græci ex Punis & Phœnicibus, Latini ex Græcis literas & liberales artes seriùs acceperunt. Quitandem ex iis verborum vestigijs quæ adhuc manserant, & sui ortus & linguæ suæ originis cognitionem edisserere incipiunt. Inter hos primus (post Homerum & antiquos Poëtas) divinus ille Plato auriferas literarum regiones peragrare instituit, & verborum origines perquirere & rerum naturas indagare ex verborum etymis conatus est. Testis sit ejus Cratilus, qui περὶ τῆς ὀνομάτων ὀρθότητος, disserens ait, ἐπίδειξις ὀρθότητα ἴδιαι ἐκάστῳ, τῆς ὕλης οὔσης πολυποίκιλον, & ὀρθότητα τίνα τοῦ ὀνομάζειν πεφυκέναι καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις πᾶσι τοῖς αὐτοῖς. inde Chrysippus, Demetrius, Ixion, Orion, & alij innumeri divinum Philosophum sequuti varios libros de etymologica disciplina conscriptos posteritati reliquerunt. Postea verò quum Latini humaniores literas à Græcis accepissent, autores præcipuæ notæ hanc etymologicam disciplinam pertractare & excolere cœperunt; ut per verborum origines ad rerum naturas & causas perscrutandas facilior esset aditus. Hinc Cato, Verrius, Festus, Ælius, Philologus, Capito Ælius Stilo, Gallus Sinnius, Capito Cincius, Santra Aurelius, Opitius Isidorus, & ante omnes doctissimus Varro, de Etymologijs varia volumina ediderunt. At dolendum quidem quæ ab hu alijsq; magni nominis hominibus hac de re conscripta fuerunt, temporum & hominum injuria magna ex parte interijsse. Est tamen etiam quod nobis gratulemur, Deoq; Opt. Max. gratias agamus, qui à sevis Barbarorum manibus quasdam saltem nobis etymologicæ disciplinæ reliquias conservârit; eoq; magis quòd post multorum seculorum barbariem doctissimorum virorum turbam tandem excitaverit hæc fragmenta mancæ & corruptæ aliorumq; autorum monumenta & ex tenebris erutæ hujus disciplinæ etymologicæ opera, priſtinæ integritati quantum fieri potuit, restituerunt. Inter quos Scaligeri doctorum virorum judicio principatum merito obtinent: Julius Cæsar Scaliger, alter nostri seculi Varro centum & decem libros de

originibus composuit, qui non sine insigni politioris literaturæ dispendio perierunt. Josephus ejusdem filius, Lipsius, Casaubonus, Turneb. Lub. Passeratius, & alii innumeri doctissimi viri plurimos autorum nodos difficillimos hujus divinæ disciplinæ ope retexuerunt. Attamen inter horum scripta nullum jam extat volumen integrum de etymologijs constructum. Quod cum à plerisque magnopere desiderari sæpius animadverterem, à quibusdam doctis viris sæpe efflagitavi ut hoc onus in se susciperent, sed frustra. Et quoniam in meæ curtæ supellectili nihil ferè huic muneri idoneum proferre me posse intelligerem, ex alieno scriptio etymologicum Latinum componere pro virili sum aggressus. Primum igitur auctores veteres qui verborum origines tractarunt diligenter rimatus sum, varios etiam autorum tractatus qui vel obiter etymologia observârunt, nec non veteres simul & recentes grammaticos consului, Neotericorum commentaria, conjecturanea, notas, annotationes, animadversiones, castigationes, emendationes, explicationes, observationes, & quod verbo dicam, totam illam doctorum Criticorum gentem studius evolvi: varia denique, dictionaria, glossaria, & nomenclationes syllabatim ferè perlegi; ex quibus omnibus etyma & verborum proprietates, vocabula pura, obsoleta, exotica & neoterica, quotquot invenire potui, in hos nostrum dictionario. Etymol. coacervavi, ut nullum etymon imo nullum vocabulum sit ferè reliquum quod in hoc nostro thesauro non facilè reperies; quantos autem labores ab incepto opere subierim Lectoris judicio relictum volo. Nondum enim doctus Fungerus suum etymologicum parvum, nec astutus Becmannus suum Enchiridion, nec bibliophagus Mertinius suum etymologicum eruditissimum, in lucem ediderat, quando meum jam typis destinâram. Si quæras præterea (amice Lector) quid novi portat hæc nova editio, en tibi vocabulorum millia nova, totidemque antiquæ ex tenebris erutæ jam facta nova. Neq; vero in sum qui licentiam ut vocabulorum mihi usurpare ausim; id Afris scriptoribus eorumque sequacibus libenter relinquam: qui obscuritates vocum & sententiarum, ita affectate venantur, ut tum demum se doctos arbitrentur, cum sermone ita obscuro aut abhinc multis annis jam desito utuntur, quod scire & intelligere neminem volunt quæ dicant: & fortasse gryphis ænigmaticis puerilem in modum delectantur: tonitrua & nescio qua coruscatio opplet aures & perstringit oculos hominum, quasi tam sublimem eorum oratorem ad incudem revocasset: Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon, Commissiones istos meras componere, & ætnam esse sine calce Caligula redivivus diceret. Ciceronem quasi obsoletum fastidiunt, in tantum ut Ciceronem & Cæsarem & cæteros Latinæ linguæ magistros, velut sexagenarios de ponte deturbandos existiment. Lypsium novas scribendi formas introducentem perdite suspiciunt: scilicet stylum cum vestimentorum formis annuatim jam apud fanaticos variatis, mutandum, istis novatores opinantur. Mihi propositum est ex doctorum monumentis nova & antiqua colligere, collectaq; interpretari, & si fieri potest suis etymis & antiquitatibus ornare. In hac vero editione multa vocabula ex antiquis patribus & ecclesiasticis scriptoribus ex Medicis, Juridicis, & glossematorum scriptoribus, ex Meursio, De la Cerda, Medicinæ Pandectis, Stupano, & Criticorum Lampade, ex Dictionarijs juris Civilis & Canonici multisq; aliis Criticis & auctorum interpretibus desiderata in nostrum etymologicum adscripsi, quæ docti simul & indocti, ad auctores intelligendos multum lucis adferre possunt. Labor immensus in via immensa, multis fortassis non ingratus quorum gratia non minimam ætatis virium & facultatum partem consumpsi. Quinetiam ut omnes Latinæ linguæ gazæ in hoc Thesauro cumularentur; Originationes & etymologias amplificare, & varios vocabulorum usus phrasibus & testimonijs confirmare, Hebræa cum Latinis & Græcis conjungere feliciter instituram, ut in initio libri patet, sed quadripartitis sedulis coarctato, longius expatiari non permittitur. Sunt etiam qui hæc studia quasi levia & puerilia contemnunt, qui etiam sæpius inter suos jactitare solent, omnes se auctores & classicos scriptores sine hujusmodi adminiculis posse peragrare, modo sas auctorum sententias sine duce enodare, omnes verborum significatus sine dictionarijs intelligere. Hoc ex nulla re alia fit nisi ex stupida ignorantia; Sed his sciolis alibi responsum est. Sed nec nugatorum nugamentantes sciolorum objectamenta diutius morer. De his doctis solum modo judicare norunt, quorum Censionibus omnia mea studia censenda & corrigenda summitto; qui inter varias ac multiplices suas lectiones, sæ hujusmodi subsidiis assidue adjutos libere profitentur: quinetiam originationis fructum ad docendum illustrandum & refutandum necessarium in suis doctissimis lucubrationibus passim demonstrant. In unaquaq; enim lingua quædam sunt vocabula primitiva à quibus reliqua à se orta pendent, horum primigenio-rum vocaminum, singula suam propriam primariam & genuinam significationem obtinent, quam omnibus à se derivatis, flexu & compositis paululum variatam impertiunt. Sin autem vocabula à primitivis flexa alienam vel diversam significationem induerint, ex originationis arte ratio petenda est. Hæc item primigenia vocabula singula ex Hebræo fonte primitivis derivata ad suum sacrosanctum fontem iterum etymologica disciplina reducenda sunt, ultra non datur regredi. Ut Anglice A Sack, Græc. σάκκος, Chald. פּח Heb. פּשׁ: Gather, aggero, ἀγείρω ἀγύρω, אגר agar, נסך Sacen, censeo, rapio ἁρπάζω, ארב Arab. ἁρπάω אסף aphad Wine, vinum, οἶνος, יין, Hanc sanctam Linguam Deus opt. max. suo sacrosancto eloquio in paradiso sacravit, & aliarum linguarum matrem esse voluit, hac lingua legem in tabulis lapideis exaravit, hac lingua scripturas Vet. Test. à spiritu sancto dictatas Ecclesiæ suæ donavit. Nonnullos autem Novi T. libros in

hac

hac sancta Lingua originaliter fuisse conscripta, multi viri docti autumant, qui & Syriacam versionem e jusdem antiquitatis, cum Græca origine summopere contendunt. Phrases vero & loquendi formas & sermonis proprietates ex Hebraica, (i. e.) Syriaca Lingua translatas, quæ eo tempore fuit Judæorum vernacula qua D. noster I. Ch. loquendo, prædicando, & orando semper usus est, omnes vel mediocriter docti norunt. Nemo igitur sacra Biblia dexterè intelligere, ritè tractare, vel solidè interpretari potest, qui ex ipsis fontibus verborum originationes derivare non novit. Ex his enim verborum & sententiarum interpretationes petuntur, ex his argumenta & documenta ad omnes theologicos usus necessaria sumuntur. Sint hi qui mysteria sacræ Scripturæ aperiendi onus in se suscipiunt, miserè cæstiant necesse est: Idem de prophanis auctoribus evolvendis & enodandis dicendum, in quibus nisi ad ipsas verborum origines omnia retuleris, nunquam auctoris mentem dextre deprehendes, nec primarias genuinas & propriæ significationes à metaphoricis figuratis & translatitijs discernere queas. Sed nunc tempus est ut eorum criminationibus respondeam, qui mihi injuriarum actionem intendunt, quasi ex alienis Dictionarijs præcipuè Thomasianis expoliatis, nostrum Etymologicum construxerimus, grave crimen si modo verum & bonis viris indignum. Sed si nihil in his sit factum quod alij omnes Lexicographi ante me non fecerunt, spero bonos & æquos rerum æstimatores eandem libertatem mihi indulturos, quam in alijs tantopere collaudarunt. Cooperus Tiriſii, Tigurini Dictionarium Latino-Germanicum, ni fallor, transtulit. Suum autem Thomasius, ex Calepino & Coopero primum compilavit, quod vestigia adhuc recentia ostendunt. Postea ex Junij nomenclatura & quibusdam glossarijs & barbarijs auxit & ampliavit: tandem reverendus vir D. Philemon Hollandus doctissimus Medicus juxta ac Philologus, ipsum Thomasium ex bonis auctoribus, adeo mirificè ditavit, ut nullum in eo genere Dictionarium adhuc exstet, quod pro vocabulorum numero, perfecta vocum interpretatione, & phrasibus selectis huic Thomasiano adæquari merito possit: sibi habeat & per me licet, quod tanta cura & impendio comparavit. In prima hujus Etymologici editione, quorundam verborum interpretamenta ex Thomasio decerpta, & in nostrum translata eorum negligentia factum, quibus id onerij demandatum erat ut eadem vocabula interpretata ex Ridero & Coopero excerperent, non nego: at verò in proximis editionibus, ullam me vocalem, quod sciam attigisse, quam alibi non invenerim, nisi appositio Thomas. nomine, aut T. nominis signo, id vero pernego. Quod si idem Tho. in suo Anglicolatino Dictionario observasset, literam caninam ad nauseam usq; recitasset.

Restat nunc ut eos grata animi significatione memorem qui olim hoc opere me adjuterunt, aut quovismodo subsidio fuerunt. Et lubens quidem memorem D. Doctorem Jamesium de bona literis optimè meritum, qui mihi certa quædam vocabula è patribus collecta impertiri non recusavit. Nec non magist. Robertum Burtonum doctum Mathematicum æquè ac Theologum, qui tum ex Mathematicis, tum ex alijs disciplinis multa etiam inter legendum vocabula adnotavit, quæ huic operi inserui. Magistrum item Sicksmith, Coll. Aeneonasensis socium, & amicum meus doctissimus suum dedit symbolum, in quantum opus hoc ab emulis lacratum, non ineleganti atq; justa vindicavit Apologia. Licet at etiam amici mei integerrimi τῶν μακαρίτων Thomæ Wetbereldi nostri Regimensis Collegij nuper socij, in vivorum etiamnum societatem nomen revocare, qui propriorum nominum Indicem Chronologicis aliisq; non contemnendis lucubrationibus illustravit. Deniq; cum huic novissimæ editioni manus imponere occœpissem, librum adeo depravatum & mancum, mendisq; typographicis laceratum deprehendi, ut de etymis, vocaminibus, phrasibus, & interpretamentis addendis, amplificandis, castigandis, aliisq; huic operi necessaria intra tempus constitutum perficere, planè desperassem, nisi laboris aliquam saltem partem alijs demandassem. Quapropter in castigando ὁφάλματα typographica, quæ sanè infinita fuere in restituendo accentus Græcos, & Latinorum vocabulorum quantitates vel planè omissas, vel certè misere transpositas, non alienum mihi visum est uti subsidijs, tum solius filij mei unigeniti, tum collegæ sui & συμμαθητοῦ magistri Aglionby, mihi multis nominibus charissimi, qui per annum hunc elapsum continuis penè laboribus, & assiduis vigilijs pensi cum auctario absolveret. Interea quantos ego labores sustinui qui omnia perfeci, quæ ad integritatem & integritatem operis pertinent, testes sunt membra corporis torpentia, modo non emortua, sedentario studio & frigore contracta, quibus restituendis balnea naturalia, & alia multa medicamina parum subsidij præstant, sed vires & vitam ob bonum publicum consumere, quarum maximum duco. Valeas amice Lector, & hos meos labores mihi sanè molestos æqui bonique consule.

E Coll. Reg. Oxon. 6 Cal. Aug.

Tuus non suus

FRAN. de Sacra Quercu.

Admonitio ad Lectorem.

PRæter ea quæ in epistola ad Lectorem antea adnotavi, Paralipomena quædam adprimè necessaria compendiario commemorabo. Barbara à puris vocabula magis curiosè ideo discriminavi, ut Latini sermonis puritatem tyrones ediscerent observare. Sunt autem quædam vocamina mere Græca, quæ Latinæ linguæ autores jure civitatis donârunt. Sunt item alia quę propter Latinæ linguæ inopiam, Romani à Græcis cæterisque nationibus necessario sunt mutuati. Talia sunt artium & disciplinarum vocabula, quarum scientiam Latini seriùs recepere. Hinc nomina morborum, stirpium, radicum, seminum, herbarum, & ex aliis disciplinis multa alia ex Græcis & Arabibus, suam originationem ducunt. Plurima item noviter adinventa, quibus pro lubentia autoris nomina sunt imposita, à Latina lingua prorsus abhorrentia reperiuntur. Barbaræ item nationes & homines Latini eloquii parum periti, quando Latine loqui vellent & verba non occurrerent, barbara vocamina ex suo cerebro excogitata, vel ex Romano sermone male derivata, confidenter usurparunt. Hoc genus vocum spuriarum adeo crevit, ut legitimas numero longe superent. Quapropter cuncta vocabula quæ in probatis autoribus neutiquam sunt reperta, & à flexione Latina aliena, obelo in fronte notavi. Itidemque ea barbara quibus ob purorum defectum, necessitate coacti, utimur, eadem nota insignivi. Sed omnia plane barbara quorum in locum puriora substituere copia conceditur, duplici obelo transfigenda adjudicavi: Vale.

IN FRANCISCI de SACRA QVERCV Dictionarium Etymologicum *Johannis Dovi* Sacræ Theologiæ Doct. carmen.

Ἄξιοι ἀπάντων πάντες τοι χρηζε γραφεῖς
Βιβλία φιλοπόνως ἀνατιθέναι νέους.
Ἀξι δ' ἐξ ἁπάντων πάντων Ολίθηςε ἑκείνε,
Τοῖς φιλογλώσσοις χρήσιμα ἔργα γράφων. (ΜΑΤΕΙΗΝ,
ΟΤΑ'ΑΝ ΜΟΙ ΔΕΚΑ ΜΕΝ ΓΑΙΩΣΣΑΙ ΔΕΚΑΔ'ΕΙ ΣΤΟ
Αὖεν τόσσα ἄξια μύρα νέμε.

NOn pumex undas ſudat, non carduus uvas,
Nec dabit incultus ſpicea ſerta rubus.
Sacra tamen *Quercus*, cur das pro glandibus uvas?
Cur ex proventu prodiga facta novo?
Ante dabit Pumex undas, & carduus uvas,
Et dabit incultus ſpicea ſerta rubus;
Quam tua deletrix abolebit ſcripta vetuſtas,
Te plebs laudabit, poſteritâſque leget.
Vivit opus, Coopere, tuum (digniſſime Præſul:)
Nec, Calepine, tuis defuit antè labor,
Debetur, Decane, tibi laus magna, Ridere:
Thomam Thomaſium fama per aſtra vehit,
Admiror, *Franciſce*, tuos, *Holioke*, labores:
Te famæ trado, te manibúſque tero.
Quicquid Cooperus ſcripſit, doctúſve Riderus;
Quicquid Thomaſius vel Calepinus habent:
Cuncta refers. Te ſæpe legam, te ſemper amabo,
Et te defuncto fama perennis erit.

De mutata in melius ſeculi noſtri conditione *gratulatio ad Franciſcum de Sacra Quercu.*

DEduro primum nomen, qui, infame metallo
Finxit huic ſeclo, ferreus ille fuit.
Nam redit in primos ſeclum hoc ætatis honores,
Tales quos habuit quum tener orbis erat.
Mella quoque exudat, pro glandibus aurea quercus,
Grata Deo, *Quercus ſacra*, & amata Deo.
Cui Phœbi laurus, cui myrtus Gypridis arbor,
Frontis & Herculeæ, Populus alta, decus,
Cui Fauni pinus, Bacchique ſequacia ſerta,
Cecropiæ celat victaque oliva dece.
O quem te dicam mutantem ſorte beatâ,
Ferrum auro, fulvi divitiiſque Tagi?
Joh. Budden L. L. Doctor, & Profeſſor Regius, Novi Hoſpitii Princip.

In novum opus Etymologicum Carmen.

QUi nova cum antiquis jungendo vocabula verbis,
Innumeros *Modos* exuperare docet;
Huic pueri atq; ſenes debent Latii atq; Britanni
Quicquid habent etyma, aut nomina quicquid habent.
Da grates igitur ſiqua eſt tibi gratia verbis,
Qui legis hæc iſta lege licebit agi.
Thomas James, Proto-Bibliothecarius, Oxon.

VArro, tibi tandem valedico, nec ampliùs ipſe
Palleſco chartis, ô *Iſidore*, tuis.
Luxatos *Irenæi* ſpar ſoſque recolligis artus,
(Non facit hoc operi *Graia Minerva* tuo)
Quod pater *Hippolyto*, quod præſtitit *Iſis Oſiri*,
Hoc foliis *Quercus ſacra Sybilla tuis*
Diſpoſuit methodo frondes & in ordine ramos,
Et Jovis & Druidum Quercus id edit opus.

R. P.

Ad Franciſcum de Sacra Quercu.

SAcra Jovi Quercus, Franciſco ſanctior olim
Nemo fuit, myſtis iſſit habenda fides.
De ſacra quercu cum ſis Franciſce ſacerdos,
Atque Jovis ſummi nomine réque facer:
De Sacra quercu quid ni Franciſce voceris?
Rumpatur Momus, ſic tibi nomen erit. * *In Com. Wor. qui*
Æmula Dodonæ nunc eſt * Ardenia ſylva, *nus. P. M.*
Dum Sacras quercus, hæc ut & illa ferat:
Quoque dedit quondam quercus Dodonai-glandes,
De quercú que faber quercea quanta facit;
Tot verbis Etyma & noſtros deducis in uſus,
Verborum egregius non minùs ipſe faber.
Lexica non ſolùm comples, ſed Pulpita verbis,
Dum populum vera religione doces.
Perge faber deinceps, Perges facer, effice verbis
Lexica clara tuis, Pulpita clara tuis.
Querceto deprome tuo, quod reſtet in ævum,
Quercinum robur, duret ut iſtud opus.
Déque tua quercu faciat tibi Muſa coronam
Ævo ſacratam, quam ſine fine geras.

Verborum quod monſtra domet, vetereſq; repurget,
Herculeum nomen Politianus habet.
Sic Ficinus eum verè, ſic Scala vocavit,
Herculeus verè nam labor iſte fuit.
Cum tu ſuſtineas tales tanto ſque labores,
Senſum, Etymon verbis reſtituendo ſuis,
Quid ni ego te dicam Herculeum? qui verba domaſti,
Tot monſtroſa tuæ victa labore manus.
Vel potiùs tibi, ſi ſpecioſa vocabula rident,
Alter Ionius tu mihi dictus eris:
Quod verbis Hydrâ oppreſſis, carieque perclis,
Tu lucem dederis, prætuleriſque facem.
Ergo conveniat quando tibi nomen utrunque,
Utrius famam, & præmia digna feres.
Ro. Burton, ex Æde Chriſti.

PAni cornifero pinus, ſua vitis Iaccho,
Clavigero placeat Populus alta Deo,
Phœbas amet vegetam quamvis ſub cortice Daphnen,
Sint grata Alcinoo mollia poma ſuo.
Tu benè connexas lauro, Veneris ignea, myrtos,
Selege úſque oleas, docta Minerva, tuas.
At tu docte puer *Quercum* venerare *Sacratam*,
Sit tua, quam mavult Jupiter eſſe ſuam.
A Jove principium Muſæ, Jovis arbore gaudent
Ipſæ Pierides, Pieridumque pater.
At tu qui primis ſignans veſtigia plantis
Inſueto in Latium cœperis ire pede:
Hic tibi ſacrata repetas oracula Quercu;
Hic, quæ Dodonam vicerit arbor erit.
Guli. Flatcheri

AD FRANCISCUM DE SACRA QUERCU dilectum confratrem de opere Etymologico mira eruditione & induſtria concinnato. Ἐγκωμιαστικόν.

DUm recitas Latiæ numeroſa vocabula gentis,
Et vires etymas promptus ab arte doces;
Deficiunt vires in tot præconia Muſis,
Et quæ te celebret lingua diſerta ſatis.

Verbula primus homo formavit idonea rebus,
Res verbis genio concipis ipſe tuo.
Quanto res verbis præſtant, tua gloria major:
Crede mihi, numen pagina veſtra ſapit.

Deunt

Decuit aurumnis frondes, & grata pulchræ
Arboris hybernos frigoræ pulsa cadit:
Ac ſi quæ de *Sacra* manarunt germina *Quercu*
Nulla dies minuet, frigora nulla premet.
Qui tam multa ſuis diſtinxit nomina formis,
Nominibus multis jure colendus erit.

Ὅσα ῥόῳ νιφὰς ἱερὰν δρῦν τερπναρμόνῳ ἠθμῷ
Ζηνὶ χιόνος ἱερὴ δρὺς μετέπεσεν ἔτι.
Οὐτε γὰρ ἀνθρώπων γονὰς, ἀλλὰ καὶ χρόνοσιν
Ἐλλάσσει καρπὸν τῆς ἱερᾶς δρυός.

Jo. Wall. Sa. *Theo. Doctor, Ex Æde Chriſti.*

In Authorem operis Hexaſtichon.

Multum *Holioke* tuo Muſarum turba labori
Debet, nempe tuo docta loqui calamo.
Nec tu verba doces ſolùm, ſed quæ ſit origo
Verborum indigitas, primus & ipſe operis
Author eras, hujus nec laudem vindicet alter,
Quod tua collegit, non aliena manus.

In nomen Authoris Diſticha.

Olim umbroſa fuit quercus gratiſſima Nymphis,
Quercus at eſt Muſis hæc *Sacra* grata magis.

Arbor es & *Quercus* foliiſque ſimillima verba,
Fructibus & plena eſt Pagina quæque tuis.

Cortice ſcripta tuo eſt hæc Pagina, vivida ſucco
Atque tuo, Radix germinet illa diu.

Arbor es ſi an liber es ſi non audeo dicere, libris
Incumbis quaſi tu Pagina tota fores.

Tetraſtichon.

In qua nympha fuit violat manus impia quercum.
Impune hanc *Quercum* quis temerare poteſt,
In qua Muſæ habitant ſi miſerâ fame plectitur iſte,
Sed careat verbis ut roget alter opem.

Joſua Aſgil. S. Theol. Doct. C. C. C. Socius.

Sunt tua verba, Tuæ voces (*Holioke*) paternâ
Tu ſtirpe verba ſi genere tu voces beas.
Tu verba, & prima voces ab origine pandis,
Suumque tandem repperit Nilus caput.
Verborum, vocumq; Parens Tu rite voceris.
Permitte calamis unicum hoc noſtris tamen,
Tu verba & voces ſcrutare: his vocibus ortum
Perenne, laudes in tuas, Carmen fluat.
Et (ſi quis rabido miſuat tibi Carmine laudes)
Tu Verba, voces pernega, Carmen cadet.

E. L. M. D.

Ad Reverendum Franciſcum de Sacro Quercu *hujus Lexici Etymologici Authorem Carmen.*

Manca diu manſit Latiis ars Lexica verbis,
Nemine radices effodiente ſuas.
Philologis ſat erat priſcis ſi ſymbola rerum
Nôrint, cur ſignarint res, ratione carent.
Sin quenquam ſapuit vocum natalis origo,
Inſipidus methodo prodiit ille ſua.
Sic veteres, *Varro*, *Feſtus*, ſic *Valla*, *Perottus*
Sic *Hiſpalenſis*, *Scaligerique* duo.
Spiſſis quæ peperere ſuis hi tædia libris,
Hæc *Holioke*, labor perdomat iſte tuus.
Ordine ſuccincto facilem tu vocibus ortum
Primitus impertis interitumque ſuum.
Perficis antiquis, Etymon novus ille magiſter,
Auxilio fruitur *Martiniſque* tuo.
Sic ſacer, antiquis *ſacra* de ſtirpe vocatus
Atque novis vigeas, vir memorande, viris.

T. Lan. *Coll. Reg. Soc.*

Hactenus & veteres, & veros inter amicos
Te ſolum colui, dum mihi verba dares:
Plurima verba dare, & ſimul omnia Vera referre,
Hoc, Etymon Libri, hæc mens geniuſq; tui.

Tho. Jackſon. C. C. C. Præſes.

Ad Eruditum Pium Franciſcum Holiokum, *mihi operibus ſuis publicis, Concionibus ſacris, aliis familiarib; notum.*

Rerum verba notæ, verborum tanca ſupellex
Verbo, re doctum, te (*Sacri-Querce*) notat.
Querçus Sacra Jovi, doctiſſime ſanctè ſacerdos
Sacra Jovi vero pub.ica multa facis.

Tho. Clayton M. die. Præſeſ. Reg. Oxo. Col. Pembr. Magiſt.

Multa ſub hac *Quercu*, Linguarum oracula nobis
Panduntur: manent (ſæcula multa) ſacra.

Jo. Baſtridge Med. D. & Aſtronomiæ Profeſſor Oxonienſis.

Primus & excellens Etymon Syntagmatis Author
Reddidit incudi, Si vis oppedere, fœte.
Cæcuti ſi ſpeculum talpæ male convenit: alis
Non opus eſt aſino, nec bos ſecat æthera pennis.
Vos quibus eſt mentis vigor, & cœleſtis origo
Sit fas affari. Lingua celebrate peritum
Linguis, muſarum notum trans æquora Myſten,
Cur non Angle tuis meritos indicis honores ſi
Icaſcor referens, totoque ardentis ab ore
Scintillæ abſiſſunt: cerno (nec fallor) acutum,
Diſpeream, dignus ſi non (Holioke) videris
Hexaphoro ferri cum Mecœnate ſupino,
Hexametro pingi, vel ſi quid dignius illo,
Alite Mæonii verſus, Muſæve Maronis
Non ejus pennâ qui vult diſperdere carmen.

Coll. Ligati Vis Caſo non sine Ine Inſqui Vitate Mat. Cant. Coventria.

(inde:

* qui nemini * Lividus amtruet, olli volgu' redamtruet
non recalcitrat Nil refert; Sociis hic meret æra liber.
τὴν ἐγκρατείαν
ἐν ταῖς πλείσταις κατασκευαζομένην σοφῶν. quem verrucoſa
Moratur Antiopa, æruminis cor luctificabile ſulta.

Ph. Wroth.

Ἐτυμολογικὸν Ὀλιωκιανὸν ἐγκωμιαστικόν.

Ὡς ἀδὸν μερόπεσσιν ὁμῶς τετελεσμένον ἔργον
Ἀρχόμενόν τε πέρας κεν ἰδὲ πρωτοῖσι Ῥοδῆρος
Δύσμορφος, κα. ἄκομος ἐπήρατο πᾶσι γ ἰδεσθαι,
Μ' χρὶς τεκτάρεσι φάξον ΔΡΥΟΣ ΕΝΘΕΟΝ ΕΡΝΟΣ
Κάλλ@ μὲν πρώτων, μετὰ δὴ κελοφῶν ἐπιθήνες,
Τέχνης παντοδαπὴς πολυδαίδαλον ἔργον ὕφαινον,
Ἰδμοσύνῃ κρυπταὶ εἶδν, ἐπίτυμα πάντα φανεῖσαν,
Αὐτὸ καὶ ἰσόρμενον παρίχει τύπον ὑμαλα ῥαῦλαν;
Εὐρύχορον κατὰ γαῖαν ἰὼ ἔρεσι δαντυλοδιζήσεις,
Εἰ καὶ τὶς πολύφημος ἐν ἀνδράσι, ἔσπετε σιγᾷ,
Ὄφρα ἴκανθήσειν ἀνὰ χρόνον. ὧδε καὶ αὐτὸ
Αὐσεκὴς γαμπτὸν ἐρήμωσεν. Ἑλλάδα φωνὴ,
Ἑβραίαντε διδοῖν, ἵνα μὴ βιβλιοπάλιν
Κεφαλαίων γίνῃ ἀντιγὴ: διὸ θεσπὶς ἰρήτα,
Ἄλλων κἀν καθ' ἕκαστον, ὁμῶς τόδε πάντα παρίξει.

Gerard Langbaine, Col. Reg.

DICTIONARIUM ETYMOLOGICVM LATINVM ANTIQVISSIMUM ET NOVISSIMUM, NUNC DENUO SUMMA CURA ET DILIGENTIA AB IPSO AUTHORE AUCTUM ET RECOGNÍTUM.

A Litera ex Græco ἄλφα, idque ex Hebræo אלף hoc a, hujus a, & non inclinatur.

A Græcis est inseparabilis præpositio, quæ usitatissimam habet privandi significationem, sive ex ἀστέρησις, sive ex ἀφαίρεσις, M. ab in compositione privationem & remotionem significat, interdum perficit significationem simplicis, ut absolvo: servit etiam alii fini, ut gradus cognationum promoveat, ut abavus, sicut Græcis ἐξάπαππος. Sed a & ab dictiones sunt suapte natura exclusivæ & separativæ Heb. מן min. A præpositio producitur & gravatur in contextu prisc. corripitur autem ita, quia, puta, item nominativi & vocativi nisi vocativus à nominativo in as, numeralia in ginta communem habent ultimam.

A fuit nota in comitiis & suffragiis legum, qua se cives repudiare rogationem significabant, nam duæ tabulæ dari solebant in quarum altera uti rogas V R. in altera A. id est antiquo seu antiqua sequor, nova non placent, scriptum erat.

A litera à Cicerone salutaris litera dicitur, quòd nota est absolutionis, ut C. litera tristis quòd nota esset condemnationis, & N. L. ampliationis, & pro non liquet. A in notis antiquorum Aulus, vel assolet, vel annus, vel absolvo, item pro aut vel agit & pro ager. In Comitialibus Suffragiorum tabellis vim antiquandi, in judiciariis vim absolvendi obtinuit, Brissonius. AA Augusti vel Augusta; AA Augustalis; AMS amicus, A N N annos vel annorum, AMM amantissimus A T autoritas tua, ACO accusatio, AM. NT. amicus noster, ANM. anima, AP. Apud. AB abeepos, AD. adnepos, ANT. ante vel antea, ABS. absolutus, ABUC ab urbe condita, A. B. V. a bono viro. AG Ager, Agrippa, vel Agellius, ago; AC actio; AUC auctoratus, vel auctoritas, autor vel autoritas. AD Q. S R adquæstorem; V. Aurelium Prob. Magnovem, Per. Diaconum, &c.

A præpositio ex ab, idque ex ἀπὸ apostrophen passo, ἀπ' ab.

A, ab, abs, præpos. ejusdem significationis; a ante consonantes, ab ante vocales, item ante l r i & s, ut ab seculo, ab Sylla & Pompeio Coss. abs ante t & q & cum Priciano ante c etiam ponitur, præsertim in compositione aliq. ante r, ut abs re, i. frustrà. est etiam in comp. ante vocalem ut abs eo *From, after, of, out of, for, as touching, as concerning, as for, by, at, through, with, in, towards, ever since, against, in comparison of.*

A præpositio prima significatione connotat terminum loci unde aliquid movetur, ut redeo a villa, ab agro, venio ab urbe.

A & ab, interdum per quam declarantur, serviuntque tempori significando, ut à parvo te novi, hoc est, cum parvus esses.

A & ab proximitatem loci significant, ut à theatro venit, i. a loco qui est juxta theatrum.

A & ab finitum rei alicujus aut temporis terminum significant, & ferè sequitur ad vel usque ad, aut aliquod idem pollens, ut, à principio ad finem, *From the beginning to the end*, à calce ad carceres, *From the end to the beginning.*

A vel ab junctum cum verbis passivis, causam efficientem, sive personam agentem significat, ut victus est à Scipione, i. vicit eum Scipio.

A vel ab pro post, ut ratim, vel cõtinnò post, ut Plin. dulcissimum ab hominis camelinum lac, *Asses milke next after womens is sweet.* i. Coop. cujus à morte hic tertius est annus, *from, since, or after whose death.* A jentaculo, *after breakefast*; a tergo, i. post tergum, retrò, ponè, a parte, i. post partem.

A vel ab pro de vel ex, Plaut. ab ostio omnia istha nec audivi, *I heard all this standing at the dore.*

A vel ab pro eo quod est pro utiq; cum his verbis, fuit, sto, facio, dico, ago & similibus, à senatu stat, *He takes part with the Senate*, Dicere ab reo, *To speake on the behalfe of the party accused*, Hoc totum est à me *All this maketh for mee*, a nobis facit, *It maketh for us.*

A vel ab, à parte vel ex parte, ab Romanis tuba cornuque recinerunt Liv. *on the Romanes side*, à quæstionibus, à testibus, à voluntate, i. defensor quæstionum, castium, & voluntatis alterius, ab aliquo solvere quis dicitur, si qd. ipse alicui debet, id curet, ut alius pro se ac nomine suo solvat ab aliquo possidere, pro possessionem ab aliquo certo nactum esse, alicujus certi hominis possessionem obtinere.

A & ab pro ἕνεκα sive pro quod pertinet ad. Cic. imparatus cum à militibus tum à pecunia, *Unprovided as well of Souldiers as of money*, a me pudica est, *She is chast for mee*, Otiosus ab animo, *Idle minded*, Doleo ab animo, doleo ab oculis, *I am grieved in my minde, I am grieved in mine eyes, or to see it.*

A & ab cum ablativo personæ eleganter domicilium significant, ut à judice venio, hoc est, à domo judicis, *From the Judges house.*

A vel ab pro versus Plin. quad à sole fuit, *That was toward the South* à parte Aquilonis, *On the North part*, à dextra, *on the right hand.*

A pro propter, Ter. à meâ infamiâ, *Through, or for fear of infamy*, Plin. à sole dolet, *it aketh by reason of the heat of the sunne.*

A vel ab nonnunquam ponitur pro cum, à potu quidam prandium incipiunt, Plin. *Some begin their dinner with drinke*, à fronte & à tergo, Cic. *afore and behinde*, à pectore denudari, Cic. *To have their breast bare*, Ab illo friget, *in comparison of him.* Oel.

Ab pro ergo, ab innocentibus clementissimus, Cic. *Most gentle and mercifull towards infants.*

Quandoque pro præter sive contra id quod notatur non ab re est, Plin. *it is not besides our purpose.* ab re contra commodum, ab re consilia, Plaut. *He giveth unprofitable counsell*, Liv. ab re pro ob eam rem.

A vel ab pro contra ut nonnullis placet, ut Virg. defendo à frigore myrtos, *against, or from the cold*. Ab eo pro ejus, Ter. abibo atque ab eo gratiam mihi, i. ejus gratiam.

A vel ab separationem sign. Terita tum discedo ab illo, *I depart from him*.

A præpositio officiorum & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis aut dignitatibus funguntur, à studiis dicitur esse qui præ eruditione & doctrina sua præest studiis alicujus, puta principis. Ab Epistolis, ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis, sive ut accipiat, sive ut ad illas respondeat, *a secretary*. à memoria, *a remembrancer*, à commentariis, *One that keepeth the Princes Register, or Chronicle of Acts*. A Libellis, *A maister of the Requests*, à manu servus, i. amanuensis, *a Clerke at hand alwaies to write*. A rationibus, *an Auditor*. A pedibus, *a page or footman*. A secretis, *a Secretary of State*. A cubiculo, *of the bed chamber*. A caliculis, ὁ πρὸς ταῖς κύλιξι, qui præest caliculis, *A Cup bearer*. Ab actis, *Registers, Clerks of the assise or peace*. Ab reo pro defensor & patronus rei. ab intestato, i. sine testamento. ab hoc, i. posthac. abhinc centum annis, i. centesimo abhinc anno, ab ovo usque ad mala, i. ab initio usque ad finem. ab illo utitur, qui alicui rei suæ usum ademit. Ab aliquo possidere, itinere, agu, ab aliquo uti, ab aliquo aquam ducere, non hoc signif. i. ab aliquo possidendi, eundi, agendi, ducendi jus concessum habere, vel etiam ejus voluntate possidere, sed potius alicujus inviti vel fraudati possessionem tenere, per alicujus fundum ire, agere, ex ejus prædio aquam ducere. Ædificium ab aliquo habet, qui in alicujus licet non consentientis solo ædificium posuit, &c ab aliquo fundum pro hærede possidere, ab aliquo uti re quapiam dicitur, qui illi præcisè rei suæ usum ademit & retinet. A me solvere, i. de mea pecunia dare. Titio persolvere, i. de Titii nummis persolvere. Ab aliquo igitur persolvere, solvere, dare, repræsentare, numerare, vel, supponitare est pro aliquo vel nomine alicujus, vel etiam de nummis alicujus solvere. ab aliquo possidere, ab aliquo uti, i. possessionem & usum ab aliquo nactum esse. A certo hærede legare, certo hæredi ut legatum aliq. præster, mandare fic ut ab illo debeatur solo. A filio legare, i. ita legare ut legatum non nisi à filio accipi possit à liberis, i. quamdiu liberos habebit.

Ab aliquando pro ex, ut ab aliqua liberos procreare, i. ex aliqua. A matre recentes liberi sunt recens nati: A cura præstantior, Suet. sed affectatione & morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore quâ à cura præstantior haberetur, à propinquis opem ferre clienti, i. adversus propinquos, Gel. Eine à milite Macedonio, i. ab eo missus vel ex ejus familia, Plaut. à sole maiteicere uvas, Gel. in honore summo est & ab summis viris, Plaut. a Placentia, à Puteolis, i. placentinus, Puteolanus, Cæs. à moribus, à viribus, à fortuna probare milites, Cæs. à Menandro mutat Cæcilius, i. præ Menandro, Gel. A dumviro, pro imperio & permissu duumviri. A capite arcessere eum res ab eo repetitur quod est in negotio præcipuum à capite ducere, i. ab origine, à subjecta materia, significatio verborum accommodanda est (quoad licet) ad qualitatem subjectæ in negotiis materiæ. à Milone reus, i. Milonem accusatore. à pecunia valere, i. ad pecuniam quod attinet. à valetudine infensa vivere, Gel. pro ob, Ovid. tempus & à nostris exige triste malis, i. ob nostra mala, Plaut. à sene foris crepuit, i. senis fores, ab auro fulgor, i. auri fulgor. ab re, i. frustra. à re tua i. propter utilitatem tuam. dum ab re ne quid ores, i. contra honestum & justum, à transenna turdus lumbricu petit, i. cum periculo. Pla. Bacch. act 4 sc. 5. à transenna cibum petere dicitur qui periculo est proximus. est autem transenna in tendicula pedica, sive funiculus extentus ex eo apta machinula, quæ adhibetur ad turdos capiendos. à me sentit, i. pro me. Plaut. ab ingenio est improbus & timidus. Plaut. A. T. M. D. O. aio te mihi dare oportere. personalis actionis fuit formula. Valer. Prob. aliq. ponitur pro per vel propter. ut à se cantat cuja fit, Pl. i. per se, &c. V. Cal. & Calv. lex Jur. & Jun. &c. Sunt & multæ aliæ harum præpositionum significationes à lenone manu asserere. *To deliver from the possession of the bawd by force*. Plaut. ab illo tibi solvam, Cic. *I will receive money and pay you*. Instructus à Philosophia, Cic. *Well learned in Philosophy*. Invictus à labore, Cic. *Whom no labour can overcome*. Ab exule prope esse, Tacit. *To be in case very nigh to be a banished man*. Ab amore scribere, Cic. *For very love to write*. A matre pulli, i. recentes è nido accepti, Col. &c.

A & ab eleganter utimur cum his dictionibus usque & prope. Cic. usq; à Capitolio. *Even from the Capitol*. tam prope ab domo Cic. *So nigh from home*. Testamento legat grande pecuniam à filio, subintellige tradendam. *gives him a great summe of money to be paid onely by his sonne, if he have any living*. &c. In compositione hæ præpositiones a, ab, & abs, significant separationem & privationem, sive ab ἀπὸ, sive ab ἔκτος, à cum m & v consonante solum connectitur ut amoveo, amens; avello, ab cum a, d, e, f, i, n, o, r, & u, ut abactor, abdico, aberro, abhorre, abjuro, ablatio, abnuo, aboritor, abrogo, abundo, duo sunt ex ab præpositione composita quæ euphoniæ causa b mutant in u, aufero, viz & aufugio. Interdum idem valet quod extra, ut abduco, aliquidem quod contra, ut abusus contra usum sig. separat, ut abduco, vel priv. sæpe ut absimilis non similis.

Ab vide A præp.

Ab præp. verbis juncta quæ auferendi vim habent mirum in modum auget, ut abjicio, abhorreo.

Ab in comp. aliq. complex significationem, ut absolvo, abnuo, &c.

† Aba, Latinis est, quod Græcis πάππας, compellatio quâ apud veteres junior ad seniorem fratrem uti batur sic voce ἀππᾶ, Iunior compellabat seniorem, vel parentem, pro ἀππᾶ, Callim. ἄππα, sic soror sororem. voce ἄππα affabatur, ducitur ab אבה abah, quod est Syris dilexit, aut ex אב Ab, pater Syr. אבא Abba, pater: ætate enim graviores sunt tanquam nostri patres, frater autem major aba dictus est, quia in eum præcipua abi, i. patris dignitas transfertur. ita primogeniti erant familiarum, seu secundi patres, M. Gosl. πάππα.

† Abacion, p. c. βάκιον dim. est à nomine Abax cujus significationem vide in abax.

Abactus, us, m. g. גנבה מגנבה מרוח mduch, pro violenta expulsione. *A driving or stealing away of cattell*.

Abactor, oris, m. ex abigo, ἀπελάτης, Isid. *A stealer or driver away of cattell*, v. Abigeus.

Abactus, a, um, ἀπελαθείς, מגנב mduch. *Driven away by stealth or force, deposed, expelled*. Abacta paupertas epulis regum, *Poverty banished from Princes tables*. Abacta nox, pro exacta, abactus venter, id est aborsus, Paul. abacti magistratus qui coacti deponebant imperium, Fest.

Abăcus, ci, m. ex ἄβαξ ἄβακος, ex α & βάσις, i. sine sustentaculo, Abacus מגירה. *A seat or bench, a square table of stone set upon the chapiters in building*, Plin. *a place made in building of stone to sit on, a seat or bench of marble* Vitr. *also a counting table, such as Auditors or Astronomers do use, the art of counting, a chesse board, or playing tables, a dresser*, Macr. *a Cupboard*.

Abăculus, li, m. dim. ex abax. *A little table or dresser, &c. also a counter to cast accompt*, Plin. 36. 26. ἀβάκιον.

† Abaddon, ἀπολλύων, perdens, ex אבד.

† Abagio, onis, Var. l. 6. id. quod adagium.

adagium, abagio dicta ab eo quod ambiguè orationem quasi ambagio, neq; in una aliqua re consistit, Var.

Abalienō, as, ἀπαλλοτριόω, יזר hebr. נכר nehr, (ex ab & alienus) quod nostrum erat, alienum facio, vendo, disiungo, separo. *To alienate, estrange, reject, separate, sell,* qui alienam rem vendit.

Abalienor, aris, pass. *To be alienated, &c.*

Abaliēnatus, a, um, p. מוז muzar, ἀπαλλοτριώμενος, abalienatus dicitur quem quis à se removit, alienatus qui alienus est factus, Fest abalienata mēbra, i. emortua. *Alienated.*

Abaliēnatio, onis, f. abalienatio est ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, V. Jurisconsultos. *An alienation, &c.*

Abambŭlo, as, Fest. ἀπέρχομαι, *To go away or apart,* Abambulans, p. abambulantes, abscedentes, Fest.

Abămĭta, æ, f. ἡ θεία πρὸς πατρὸς μητρός (ex ab & amita, est soror abavi) Just. lib. 3. *The great grandfathers sister.*

† Abanet, vel abnet, vel abanec, Isid. abanes, Isa. 22. 24. ex אבנט *A girdle that Priests wore.*

Abannātio, mendosè abannitio, onis, f. g. (ex ab & annus) unius anni exilium, propter voluntariam cædem adnissam, *A banishment for a year.*

Abannātus, vel abannītus, a, um *banished for a year,* Abanniti qui in annum exilium missi sunt. *Banished men.*

† Abaphus, i, m. ex a privat. & βάπτω tingo. *Not died or coloured.*

Abaptīstum, ti, n. Cel. ἀβάπτιστον ab a priv. & βαπτίζω, mergo. *An instrument which Chirurgions use, having a gagge that it cannot goe too deepe,* inde dict. Cels. ἀβάπτιστος.

† Abaptīstus, a, um. Gr. ἀβάπτιστος *That will not sink or be driven under the water or sinke deep.*

Abarceo, es, ui, ere, citum, (ex ab & arceo,) Plaut. *To prohibit or put from, to forbid.* Alii legunt aberceo.

† Abar, ἄβαρ. *A kinde of Marchpane,* placentæ genus abiraces, Gr. placentæ & mazæ quædam.

† Abare, Auson. ex aba. Abare autem est ἀδελφίζειν, i. ἀδελφὸν καλεῖν ἢ τιμᾶν ὡς ἀδελφόν. *To call brother, or honour as a brother.*

† Abarca, rectius abauca, ἀβάγεια festa fuerunt, vel potius sacra à Dionysio Capriī filio, & Asiæ rege instituta, dict. à taciturnitate qua hæc sacra celebrantur, ἄβαυος taciturnum sign. sed legend. ſabaua.

† Abartia, æ, f. ἀπιστία. *Unfaithfulnesse,* V. Lex. Græc.

Abarticulatio, onis, v. Dearticulatio.

Abas, bardus & sacer morbus, Ter. V. Lex. Gr. Crisp.

† Abastra Solia vitis, M.S.

Abăvia, æ, f. ἀπιππία μη (ex ab & avia) mater proavi. *The great grandfathers or grandmothers mother.*

Abăvus, vi, m. ἀπάππου dicitur quia abest ab avo, & est avus, avi, ex Fest. *The great grandfathers father.*

Abăvunculus, li, m. ὁ θεῖος πρὸς μητρὸς μέγας דוד (abaviæ frater, Isid. *The brother of my great grandfathers mother.*

Citra malus (Arbor est toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus: Fructus vero aureo colore & odore gratissimus.) *An Orenge Tree.*

Citrus, tri, subst. fœm. gen. Isid. malus medica, μαλὶς μηδικὴ, dict. quod pomum ejus, ac folia cedri odorem referant. *The Citron or Limon tree.*

† Citta depravatus mulierum pregnantium appetitus, Græci hoc malum κίτταιδ est, picam appellavere ab avis ejus varietate sumpta similitudine, V. Cal.

† Cittampelos, Dioscor. helxine, officinis parietaria dicitur κιττάμπελος.

† Cittaris, κίτταρις Diadema, melius κίδαρις, vel κίνναρις Cidaris.

† Citto, κίττω, genus quoddam cafiæ, Dioſc.

† Citroſis, C.el. lib. 6. c. 1. κίτρωσις, citroſin Græci dicunt quum à racemis dilapſu acini pereunt. *A fault in Vines when grapes fall from the cluſters and periſh.*

Cituma, idem quod cittus.

Citroſus, a, um, Feſt. V. Citrinus.

Cittus. *A kinde of fiſh*, Athen. cocitus; v. Geſn.

† Citumus, V. Citimus.

Citus, a, um. ex cieo, qui facilè ſe ciet, celer, θοός, ὠκύς, velox eſt, & citus part. pro citatus vel agitatus, ὁρμηθείς. *Provoked, moved, alſo light, haſty, divided.* hinc citior, Pl. & citiſſimus.

† Civetta. æ, fœ. vocab. Gallicum, felis Zibethi vel Zibetti, V. Geſner. *Civit, or the Civit Cat.* v. Zibetta.

† Civico, as, Gl. To *doe like, or be like a citizen*, Accrd. leg. Civito.

Cīvĭcus, a, um, πολιτικός. *Of a City, Civill.* Civica corona, quam civis civi à quo ſervatus fuiſſet in prælio teſtem dare ſolebat. *An oake garland given to him that had ſaved a Citizen.*

Civilior, us, Hor. πολιτικώτερος. *More Civill.*

Cīvīlis, le, πολιτικός, ἀστῖος. *Pertaining to Cities or citizens, Civill.*

† Cīviliſſimus, a, um, Spart. *Moſt Civill*, Cal.

Cīvĭlitas, ātis, f. g. Suet. ἀστειότης, ἀστεισμός. *Curteſie which Citizens uſe civilly, humanity, alſo policy*

Cīvilitèr, adverb. civium more, πολιτικῶς, ἀστείως. *Honeſtly, courteouſly, civilly.*

Civis, is, com. g. à coeundo, Cic. quod vinculo quodam ſocietatis in unum coeunt cœtum, coivis, civis, πολίτης, ἀστός, urbis incola, Iſid. eives vocari quòd in unum coeuntes vivant, ut vita communis ornatior, & tutior, à coco, & vivo, V. Mart. *A Citizen, a freeman.*

† Civitaculum, li, n gen. *A little Citie.*

Cīvĭtas, atis, fœm. g. πολιτία, πόλις. civitas & urbs in hoc differunt, incolæ dicuntur civitas, urbs verò complectitur ædificia, Calep. al. q. civitas dicitur jus civium, dicitur & civitas pro tota regione cujus incolæ iisdem legibus utuntur. *A Citie, the freedome of a city, the companie of Citizens; alſo an aſſembly of people, alſo the eſtate of regiment.*

Civitatula, æ. f. gen. Sen. *A little City.*

† Cīvito, as, Gloſſ. To *make a Citizen.*

Civitus, a, um, ad. *Civill.*

† Civitùs, adv. *Citizen-like.*

Cixius, ii, m. g. Heſych. à κίξι, cicada. *A Graſſhopper.*

C *ante* L

C L. in notis antiquorum, Claudius, CL. V. Clariſſimi viri, CL. F. clariſſima filia vel fœmina. C M L. centum millia, C. M. civis malus, &c. V. Mag. Sigon. Pet. Diac. Valer. Prob, &c.

Clacendix, Feſt. al. leg. calcendix, genus conchæ, Feſt. Mart. videtur eſſe à κάγχυξ, quod eſt κάγχος à κάγχω gyro, aut à κλᾶξαι, id eſt, claudere, quod ea concha aliquando claudi ſoleat, Claxendix, Priſc. lib. 5. ſignificat concham qua ſignum tegitur, Plaut. apposita eſt clacendix, at ego ſigni dicam quid ſit, M. *A Cockle fiſh, a ſhell fiſh, or the ſhell of a fiſh, alſo an enſigne made of the ſhells.*

Clādes, is, f. g. πάθος, λύμη, πάθημα, ὄλεθρος, al. dic. à calamis, quaſi calamidem diceres, al. à gladio, vel ἀπὸ τοῦ κλάδος, i. à ramo, qd. ex κλάδος frango, eſt enim ramorum ſurculorumque detritio, quemadmodum calamitas calamorum, ſtrages ſtratarum arborum, deinde μεταφορικῶς, ad homines transfertur, al. ἀπὸ τοῦ κλαίειν, id eſt, à flendo, ſivè lugendo, aut à cadendo, cladem quaſi cadam, dict. exiſtimant. Perot. à κλαδεύω, quod eſt amputo, & frango. *Slaughter, damage, hurt, loſſe, or overthrow, miſerie, deſtruction, diſcomfiture, in warre.*

† Cladicula, æ, fœm. gen. dim. à clades.

Clam, præp. ablativo caſui ſerviens, ſecretò, latentèr, λάθρα, κρύβδην, aliquando, accuſat. aliquando reperitur loco adverbii poſita, dict. à clavibus, quod quæ celare volumus, claudimus, Feſt. à clauſum, exemptis quibuſdam literis, Aven. ex Hebr. גנלם gnalam, al. à celo, Feſt. Calam. antiq. dicebant pro clam, ut nis pro nobis, ſum pro ſuum, im pro eum. *By ſtealth, privily, ſecretly, unknowne.*

Clamans, Ovid. *Crying, &c.*

Clamatio & clamoſitas, Plaut. Moſt. ſc. 1. act. 1. Quid hic tibi ante ædes clamatio eſt. *A Crying.*

Clamātor, oris, m. gr. κραυγητής, βοών. *That cryeth or ſpeaketh very lowd, which calleth on one, a crycr.*

Clamatorius, a, um, ad. κραυγαστικός. *Clamorous, pertaining to a clamor.*

Clamatus, Ovid. *Called to.*

Clamĭtans, p. Liv. *Crying often.*

Clāmĭto, as, freq. à clamo, κραυγάζω, ἐπιβοάω. *To cry out oftentimes, to proteſt alowd, to cry alowd.*

Clāmo, as, vocifero, vociferor, vocem edo, vel facio, voce contendo, κεκράγω, βοάω, ἄυω, à calamo quod ſonet. clamare item pro dicere, vel affirmare accipitur, quandoque vocare, καλεῖν, φωνεῖν, item clamare, conqueri. clamo quaſi calamo, à calamus, undè clamoſus quaſi calamoſus, Cæſ. M. à קול kal, Chald. ſonus, undè Arab. קאל kaal, loqui, dicere, item uſurpatur pro conqueri, quandoque pro vocare. *To cry to call, to cry out, to call upon, to affirme.*

Clāmor, ōris, & antiq. clamos, m. g. ſicut arbos, κραυγή, βοή, ἐπιγμός. *A clamour, a noiſe, an outcry, a ſhout, a roaring.*

Clamōſus, a, um, p. κραυγηπλής, μεγαλόφωνος. *Clamorous, full of noiſe*, Juv.

Clancularius, a, um adject. κρύφιος, λάθρα. *Which is ſecret, or unknowne.*

† Clanculè, Gl. V. Clanculum.

Clanculò, adv. Gloſſ. clam ſivè clanculùm, λάθρα, Marc. Satyr. 5. 10. V. Clanculum. *Privily.*

† Clanculo, as, Gl. To *keepe cloſe.*

Clanculum, dim. à clam, Plaut. λαθραίως, κρύβδην, clanculum, Ter. accuſativo junxit, alii clanculum, in clanculum patres faciunt ea quæ fert adoleſcentia. *Privily, Secretly, &c.*

† Clanculus, a, um, κρυφίος. *Secret.*

† Clandeſtino, as. *To be privily.*

Clandeſtinò, adv. Plaut. κρυφαῖα, λαθραῖα. *Privily, by ſtealth.*

Clandeſtinus, a, um, à clam κρύφιος. *Secret, hidden, priuate.*

† Clanducaria. *A Ship or Burden.*

† Clanca, æ, f. gen. T. ex Gloſſ. *A kinde of gemme.*

† Clanga aquila anataria, planga *A bald buzzard kite*, dict. à clango. de vocis, V. Geſn.

† Clangito, as, freq. à clango.

Clango, is, xi, ctum, ĕre. (Var. Flor. à κλάζω, Græc. eſt κλαγγὴ clangor gruum & ejuſmodi avium, vel ex ſono vocis, Fung. ex κλάγξαν) κλάζω, κλάγξω, à קול col, ſonus, Heb. item קרן thakang, unde clango σημαίνειν, σαλπίζειν. *To ſound a trumpet, to cry like an Eagle or goſe.*

Clangor, ōris, maſ. κλάγξις. *The ſound of a trumpet, or the cry of an Eagle or other birds.*

† Clangoſum de voce dicitur, quæ à gravi tono inchoata, in acutum deſinit, T. ex Gor.

† Clangula, dim. à clanga Geſn.

† Clangŭlum, li, n *A little cry.*

Clarè, clarius, clariſſimè, adv. σαφῶς, σαφέως. *Clearely, manifeſtly, alowd, diſtinctly, with a ſmall voice.* V. Clarus.

† Claredo, Gl. pro claritudo.

Clareo, es, ui, ēre, clarus ſum, vel manifeſtus, ſeu notus ſum, eniteo. ἐνδοκιμέω, φαίνομαι, ex clarus. *To be famous, or much ſpoken of, to be clere, clarer mihi pro intelligo, clarer pro clarum eſt.*

Clareſco.

Clarefco, is, ĕre. Virg. ἐκφαίνομαι. *To be faire, to wax cleare, to be manifeſt, to be praiſed.*

† Clarificano, ōnis, ſ. g. Quint. *A clarifying.*

† Clarificatus, a, um, adject. *Clarified.*

† Claror, ōris, m. v. Claritas.

Clarifico, as, Plin. λαμπρύνω, clarum facio, illuſtro, Plin. Gl. δοξάζω, quod eſt glorifico, honorifico, magnifico, nobilito. *To clarifie, to make cleare.*

Clarigātio, ōnis, ſ. verbal. à clarigo, Liv. κατάγγελία τοῦ πολέμου, πρὸς τοὺς ἀδικήσαντας, ἀγγελία ἐπὶ πολέμῳ, Serv. quum Romani vellent bellum indicere, Pater patratus proficiſcebatur ad hoſtium fines & præfatus quædam ſolemnia clarâ voce, dicebat ſe bellum gerere propter certas cauſas, hæc clarigatio dicebatur à claritate vocis, &c. V. Mart. ſig. 1. clarè repeto ablata, 2. androlepſiæ jure utor, bellum indico negantibus juſta, vel dicitur ἀπὸ τοῦ κλάρου, à ſorte ſumitur, & pro exactione numaria maximè quæ principis vel reipublicæ edicto concedinur. *A clearing, a denouncing of war, a generall power given to a man to ranſome a priſoner, and to take him away with him, a ſubſidie or taske granted by common conſent.*

Clarĭgo, as, Plin. ex clarus, id eſt, clarè ago, res clarè repeto. be lum indico. *With a loud voice to demand amends for injuries done, to proclayme, to denounce war, to arreſt.*

Clarigatus, a, um. *Denounced.*

Clārĭſŏnus, a, um, ξύφωνος. *Sounding loud, or ſhrill.*

† Clariſſimatus, tus, m. g. *The dignity of a Senatour to be Conſull, Hol.*

Clariſſimus, a, um. ὑπερύμνητος. *Moſt noble, famous, renowned, &c.*

Clārĭtas ātis, ſ. g. εὐκλεία, λαμπρότης, luciditas, ſplendor. aliquandò pro excellentia ἐυκλεία, ut claritas generis, claritas rerum geſtarum, interdum fœlicitas, perſpicuitas. *Cleerneſſe, nobility, fame, eſtimation.*

Clarĭtudo, inis, ſ. idem.

Clāro, as, δοξάζω, δηλόω. *To make knowne, to declare and ſhew, to make cleare.*

† Claror, ōris, v. Claritas.

† Clarotæ, vel clarotes, pl. num. Poll. κλαρῶται, ἐθνικὸς, λαμπρὸς, ἐλεύθερος, ſervi Spartanorum, *Servants ſo called amongſt the Gracians.*

Clarus, a, um, clarior, clariſſimus à cœlo quod ſplendeat, Iſid. vel à κλύω Perot. ἀπὸ τοῦ ἀκούεσθαι, λαμπρὸς, à calando Scal. l. 4. part cap. 1. ἐκφανὴς, ἐυκλεὴς, planus, apertus, perſpicuus, dilucidus, atque excellens, accipitur interdum pro audibili & ſonoro, quod facile audiatur, Iſid. Scal. clarus, à celebritate ortu vox quum victores per præconem calabantur, exempta vocali, unde & verbum Horatianum clarabit pugilem, M. à κλάω, id eſt, κλαίω, Sic. a, ipium in flexione verbi κλάω tollitur, unde κλῆσις κλήτωρ Heſyc. habet κλαῖται, item γλαυρὸς & γλαυσὸς, id eſt, ſplendidus, λαμπρὸς, σεμνὸς, Gloſſ. clarum, δῆλον, φανερὸν, clarus. ἐυδόξαμπρὸς, ἀκρὸς. *Cleare, manifeſt, loud, ſhrill, noble, honourable.*

Claſſiarius, claſſiarii, claſſis milites qui ſcilicet in claſſes ſtipendia merent, ἐπιβάται, uſurpatur etiam pro tibicine, aut eo qui claſſicum canit. Suet. & laudum ejus claſſiarius atque aſſiduus, præco, item claſſiarius, aſiduus, diligens, quia omnium claſſium milites ſemper parati erant ad omnem Reipublicæ neceſſitatem. Cæſ. *A man of war upon the Sea, a Trumpeter.*

Claſſiarius, a, um. *Belonging to a Navie.*

Claſſiarius, & Claſſicarius, qui claſſicum canit, σαλπιστὴς. *A Trumpeter.*

Claſſicen, Var. qui claſſico canit. *A blower on a cornet or horne, ex* claſſis dict.

Claſſici, Liv. primæ claſſis homines dicebantur, qui centum & viginti quinque millia æris ampliuſvè cenſi, erant claſſici teſtes, id eſt, aſſidui & locupletes, qui ſignandis teſtibus adhibebantur, hoc eſt primæ claſſis homines & idonei veritatis cenſores, οἱ ὑποτελεῖς, οἱ τελοῦντες, οἱ ἐν τιμήματι, & metaphoricè, claſſicos autores vocat Gell. lib. 19. cap. 8. quaſi primæ notæ ſcriptores, &c. Claſſici vocantur præcones, κήρυκες. *Of the chiefe band, th. richeſt, the beſt, the moſt approved, the chiefe ſouldiers.* Dicitur & claſſicus, qui deputatus eſt navibus pargandis & deducendis; Claſſici teſtes, hoc eſt cives Romani, qui enim cives Romani erant omnino in aliqua claſſe cenſebantur, Scaliger.

† Claſſico, as. *To ring or ſound.*

Claſſicum, σάλπισμα, dicimus & tubam ipſam & ſonum: Claſſicum flexilis tuba, Iſidor. claſſica ſunt cornua quæ convocandi cauſa erant facta, & à calando claſſica vocabantur, rectius ducitur à claſſe, Scalig. ad Feſtum, claſſicum dictum quod non niſi claſſes & exercitus per cornua convocarentur, claſſicum canere, σημαίνειν τὴν ὁρμὴν, id eſt, ſignum dare, quo milites pugnam incant. Claſſicum à claſſe, claſſicus, claſſiarius, & claſſicarius, qui claſſicum canit, σαλπιστὴς. *A Trumpet for the Warres, a ſound or peale of Trumpets or Bells to call men together, or to go to War, alarme.*

Claſſicula, æ, fœmin. gener. dimin. à Claſſis. *A ſmall Navie.*

Claſſicus, a, um, ad claſſem pertinens, quod eſt claſſis, ναυτικὸς. *Pertaining to a Ship, or Navie, of a trumpet.*

Claſſis, is, fœmin. gener. multitudo Navium, abuſivè pro una Navi, undè calones Naviculæ. Claſſis multitudo Navium στόλος. Claſſis dict. eſt ἀπὸ τῶν κάλων, à ligniis ex quibus ſciſſicet Naves fiunt. Al. à κάλος rudens, funis nauticus, alii à calo, as, id eſt, convoco, quia eſt congregatio: rarius dicitur de unâ nave, claſſis etiam alios diſtributos cœtus ſignificat, ut in populo, Scholis, &c. *A Ship, a Navie, an Army upon the Sea, a company of men, an order of formes or ſeats where men ſit according to their degree, an Order of Citizens, a diſtributing Citizens into Companies.*

Clathratus, a, um, adject. Græc. κλιδωτὸς. *Barred, latticid, croſſe barred.*

Clāthro, as, avi, Verb. Col. Græc. κλιδόω, & κλείω claudo ſignific. Clathris claudere. *To firre with lattiſes, barres, grates, to latiſe up.*

Clathrum, thri, neut. gen. & clathrus, thri, maſc. gen. Hor. ligna tranſverſa quibus aliquid munimus & claudimus κλῆθρον, à κλείω claudo כלא, Caral. Vitruv. Clathri ſivè cancelli ligna modicis intervallis annexa, ſive arretariis atque tranſverſariis fiant, ſivè rhombi figura reticulatorio opere, κλῆθρον clauſtrum, ſera, à κλήθω claudo Onomaſt. clatro κλιδόω. *A barre or latiſe, a grate with croſſe barres or other ſuch like things, alſo an Harrow.*

† Clanis, maſcul. gen. *A little Cup.*

Clava, æ, fœmin. gen. ῥοπάλη, ῥόπαλον, dict. quod clavis ferreis ſit invicem religata, fuſtis teres ab una parte captatus ad clavi ſimilitudinem, Onomaſt. *A Club.*

† Clavarium, neut. gen. v. Clavarius.

Clavarius, ii, maſc. gen. in Gloſſ. exponitur κλειδόω, id eſt, qui clavos fabricatur tundendo, item κλοιοποιὸς clavo, clavis percutio, erat etiam dignitas quædam, undè Clavarius appellatus Suetonii pater quod præfectus fuit clavario donativo imperatorio inter milites diſpertiendo, Don. in Suet. Veſp. cap. 8. ait quod Suetonius, calcearium vocat, vocaſſe puto Tacitum, lib. 3. Hiſt. clavarium. id eſt, donativum, in clavos calcearios impendendum, clavarius etiam is dicitur apud idoneos Authores, qui clavis aut hujuſmodi aliis inſtrumentis

ſtrumentis percutit. *He that fighteth with a Club* Clavarius, à Vive Coll. 13. dicitur qui clavam ſeu ſceptrum reſtori Academiæ præfert. *A beadle of the Univerſitie that carrieth the Mace.*

Clāvator,oris,m.g. Plaut. qui clavum gerit, κορυνήτης, κορυνηφόρος. *That beareth or uſeth a club.*

Clāvātus, a, um, adject. Clavis confixus, Græc. ἥλωτός. *Garniſhed with nailes, ſet with ſtuddes,* clavata veſtimenta clavis intertexta, (al. intexta) aut calceamenta clavis confixa.

† Claudaſter, tri, maſc. gen. Gloſſ. *One that is lame and faineth to go upright.*

† Claudeo,es,χωλεύω,Iſid.claudere,claudicare.

Claudianus,a,um, adject. ut charta Claudiana, *Royall paper.* Claudiana tonitrua dicebāt quæ Claudius pulcher inſtituit, ut ludis factis poſt coenam conjectus lapidum ita fieret in circumactam pelvim, ut veri tonitrui ſpeciem repræſentaret, Feſt.

† Claudicarius,a, um, Gl.v. Claudus *Of Lameneſſe.*

Claudicatio,onis, fœm. gen. Verbal. χωλότης, χωλεία, *Halting,lameneſſe.*

Claudico as,πάζω, χωλεύω. *To halt, to be lame,to faile,to be feeble,to be maimed.*

Claudĭpes,edis, maſc. *Lame of a foot.*

Claudĭtas, ātis, idem quod claudicatio,Plin. *Lameneſſe.*

Claudo,is.ſi,ſum,ĕre,κλείρω, κλείω à κλαΐς, κλαίθρον clavis, ſic Græc. κλειθόω, à κλείς, legitur & cludo, Priſc. lib. 10. *To ſhut or encloſe, to end,to finiſh,to campaſſe, to beſiege, to cover,to ſtaunch, to ſtop,to wax ſcarce, to faile.*

† Claudulus,a,um,& claudiculus, Plaut. *Somewhat lame.*

Claudus, a, um, κύλλος, χωλός, κλαῦθρον, Dor. Claudus, quaſi pedibus clauſus, id eſt, impeditus, prohibitus, χωλότης claudĭtas, κυλλότης claudus. *Lame, halting, cripple, feeble.*

Cludus,Plauto idem.

† Clavecimbalum,li,n.g. *The Virginals or clavicords.*

† Clāvellātus, ut herba Clavellata. Iun. *Hearbe-Trinitie, or Harts eaſe.*

† Claviarius, vel Clavicarius, qui claves facit,vel portat.

Clāvĭcŭla, & ā clava & a clavis dim. ſipont. clavicula. parvæ clavæ, hoc eſt. parvæ ſudes, κλειδίον. *The young ſhoots of a Vine wherewith it taketh hold of every thing, a little Key or Club, the channell bone of the throat, alſo a bar,or bolt, alſo a kinde of ſpyce.*

Clavicularius, ii,m. qui Clavicularium,id eſt, virgam, vel clavem gerit, Firm. κλειδοῦχος.

Clavicularius, a, um. *Of or pertaining to a Key.* Vnde faber clavicularius κλειδοποιός. *He that maketh Keyes.*

Clāviculatim,adv. Plin,ut conchæ clavicularim nudatæ,Plin. *Wrinkled like the tendrils of a vine.* al. caniculatim legunt.

† Claviculatus,a,um,claviculis inſtructus, ἡλωματώδης, ἑλιμώδης. *Wreathed like a Vine,nailed.*

Claviculus,li,m.g. γομφίος,à clavus, ſig. capreolum in vite qui ἕλιξ, Græc. & pampinus à noſtris dic. *A ſmall naile.*

Claviger,a,um, κορυνήτης, κορυνηφόρος,ex clava & gero, Ov. *Which beareth a club.*

Claviger, a, um, à clavis & gero, Ovid κλειδοφόρος, κλειδοῦχος. *That beareth keyes.*

Clavis.is, fœm. gen. κλείς ex κλαΐς, Dor. pro κλείς interpoſito v. ut ex δῖς ovis, habet & clavim in accuſ. clavim conſuetudo erat mulierbris donare ob ſignificandam partus facilitatem, Feſt. clavis quia claudit, sed à clam quod quæ celare volumus hac claudere ſolemus. *A Key, a locke or bolt.* Claves ſive jugulum dicuntur, alias duæ primæ coſtæ propè guttur inter os pectoris ac ſpinæ finem, quas & claviculas appell.

† Clavo, as, avi, Gloſſ. ἡλόω, clavis percutio. *To drive or ſtrike in Nailes.*

Clavola,æ,ſ.g. ξυλάριον, ξυλάφιον, κλάδος, ſurculus arboris vel frutícis, utrinque præciſus & plantationi aptus, quam & taleam vocant Latini. Non habet clavula,dim.à clava,Var. *A graffe,a ſlip of a tree,a young ſet.*

† Clavoſum inæquale, Iſidor. tanquam plenum clavis, Marc leg. clivoſum.

† Clauſon, pro cauſon. Barbarè, Acer.

† Clauſor,oris,m. Gl. *An Officer that was to looke to the repairing of the Walls.* T.

† Clauſtralis, le, adiectiv. *Of or pertaining to a Cloyſter or cloſe place.*

Clauſtrarius,ii, maſc. gen. Lamp. κλειδοποιός. *A Maker of Keyes, Lockes, &c. One that liveth in a Cloyſter.*

† Clauſtrellum, diminutiv.à clauſtrum, Gloſſ. *A litle Cloyſter or Cloſet.*

† Clauſtrenſes,ſe,Gl. *Belonging to a Cloyſter.*

Clauſtritimus, mi; maſc. gen. qui clauſtris januæ præſt. Gel. 12. 10. clauſtrinus, idem Perot. *A keeper of Cloyſters.*

Clauſtrinus, a, um, ad Clauſtrum pertinens, Perot. quod Clauſtri eſt.

Clauſtrium. Senec. Vide Clauſtrum.

Clauſtrum,tri,neut.gen. in plural. maſc. & neut κλεῖθρον, antiq. Cloſtrum, clauſura,ſive quo aliquid claudĭtur. Valvæ, fores, loca clauſa. *A cloyſter, or any other place wherein any living thing is incloſed, as raiſles, barres,&c. it may be taken for a Caſement or window.*

Clauſula, æ, fœm. gen. τὸ τέρας, τὸ ἔσχατον,κατάκρουσις clauſula quam Gr. κολοφῶνα (al. leg. περίοδον) vocant, à brevi concluſione eſt appellata, aliq. pro exitu. item pro parte edicti, item pro ſententia quæ epiſtolam vel carmen claudit. *The clauſe and end of any thing, the event, a ſentence,the part of an Edict a clauſe.*

Clauſum,ſi,neut.gen. Sen. pro recto, ſive loco concluſo, κλεισμον. *A cloſe place.*

Clauſura,æ,ſœm,gen. Vide Clauſtrum.

† Clauſuræ, vel potius cluſuræ in jure accipiuntur pro liminum cuſtodiis, poſteriorum temporum ſcriptores clauſas & cluſas vocarunt, alii cliſuras; ὀχυράματα τῶν διαβάσεων, v. Cal. Lex.

Clauſus,a,um, κλειστός, συμπεφυσομένον. *Shut up, impriſoned,kept ſecret.*

† Clavularis,re,vel Clabularis,vel Clabularius, vel Clapularius. Vide Mart.

† Clavularis, re, ad Clavulum, id eſt, vehiculum pertinens. Clavularis curſus,id eſt,caballarii curſus,vel caballaris, à clavulo vehiculi genere dict. publicus curſus, *Riding poſt,* v. Mart. Acerd. &c.

Clavŭlus, li, maſc. gen. γομφίον, dimin. à clavus,Var. *A ſmall naile.*

Clavus,vi,maſc.gen. ἧλος clavus, quod claudat, figat, atque contineat, à claudendo, nam ideò clavum figimus ut claudat, ſeu contineat aliquid, al. Clavi quaſi chalybi, quia ex chalybe fiunt. M. ex clavis, quod infigi ſoleat ſeu inſeri ſicut Clavis. Feſt. clavus annalis appell. qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per ſingulos annos ut per eos numerus annorum colligeretur. eſt & clavus gubernaculum navis διαξ qui in Nave pangitur ut clavus item Scatiger. ad Var. Clavus erat plagula quæ ab humeris, in pectus dimittebatur, ut erat ἔπωμις Græcorum. ea clavis quibuſdam inſerta erat,in ſenatoribus quidem

quidem latioribus, in equitibus angustioribus, propterea tota plagula ipsa vocabatur clavus, est & clavus tuberculum plantis aut digitis pedum infixum instar clavi. Clavum imperii tenere, id est, gubernare. Clavus sive comphos est oculi morbus, cum uvea locum suum egrediens pelliculas superficie tenus operit, unde ejus forma sit quasi clavus. Clavus tuberculum rotunda specie, sic dict. ut quasi clavus ferreus innixus videatur. Item per clavum intell. furunculum, al. tumor cum abscessu. Item callosa tubercula in candido oculi, arbores item hujusmodi clavum potiuntur, qui & fungus & patella dic. sunt & clavi caligares à caligis militaribus quibus suffigebantur. Praterea Clavus est vestimenti genus, veluti quibusdam clavis aureis distinctum, quod & à palmarum similitudine palmatum vocatur, & à verrucis clavo similibus verrucata vestis. Latus clavus dicebatur πλατύσημον. Hac soli patricii & Senatores induebantur, (tunica lariclavi) clavus purpurae loco insertus vesti. Clavi qualitate discreti Senatores ab equitibus, unde laticlavos appellatos Senatores legimus. Item Clavus simplicitèr usurpatur pro Senatoria dignitate. Clavum clavo pellere, proverbium. *To drive out one nayle with another.* Clava ferit, clavus aperit, clavus duo jungit. *A nayle, pinne, wedge, a sterne of a ship*, per metaphoram, *Rule, or government*, Clavus tuberculi genus, *A Corne in the finger or toe, or sole of the foot, a little swelling hard fleshy, in the corner of the eye: also the sore* furunculus *or* bubo. *a rising in the flesh or arteries, or such like*: Also clavus pro callo pedum vel manuum ex labore contracto.

† Claxendix, concha, Vide. Clacendix.

† Cleagra, fœ. Pal. *A Crane or hooke to draw water*, T.

Cleida, calcei genus.

† Cleides, κλεῖδες. *The Chanellbone, the necke or throate bone.* Also juguli thynni piscis, qui clides & clidia, Plin. Lib. 9. Cap. 5. vide Clidium.

† Clema, κλῆμα, palmes, pampinus, Gaze, internodium & fasciculus sarmenti. herba est tithymalli generibus assignata, cyparissiæ non absimilis.

† Clematis, idis, κλεματὶς, daphnoides, & Ægyptia, Plin. pervinca vel volubilis major. *The Hearbe Perwinckle.*

† Clematites, κληματῖτης, quasi sarmentaria, species aristolochiæ Dioscor. Lib. 4 & 3, cap. 6. *Sarasins hearbe.*

Clemens, ntis, part. Perot. clemens, à claritate mentis, qui colit mentem, nec eam vexat irascendo. ἥμερος, ὀπωπικός, ἡσύχιος, ἤπιος. clemens mare dicitur, id est, mite & tranquillum, Cal. mansuetus, mitis, lenis, humanus, qui remittit de eo quod possit prosequi. Mart. à κλίνω inclinamentum, ut Clemens sit qui facilè κλίνεται, propensus, non aversus. *Milde, mercifull, patient, calme, Courteous, gentle, meeke, quiet.*

Clēmenter, adverbium, ἡσύχως. ἠρέμα. *Mildely, meekely, gently, leisurely.*

Clementia, æ, fœm. g. ἡμερότης, ἡσυχαστότης, πραότης. *Mercy, gentlenesse, meekenesse, courtesie,* φιλανθρωπία.

Clementissimè, adv. Gel.

† Clena, Cooperus, clæna, Vide Chlæna.

† Clenodium *Faire promises* (pollicitationes omnes quæ κλίνουσι, id est gloriam sapiunt) *as to make one rich with Jewels, &c.*

† Cleobinicus, Pall. *A kinde of Garment.*

† Cleoma, Octavius Horatianus. V. Dodon. *The hearbe Spere-wort or Bane-wort.*

† Cleo, es, est glorior, item abscondere, absorbere, item inclinare.

† Cleonia, herba quæ & ἀλίνιον, Dioscor. L. 1.

† Cleonicion. *An hearbe, the same that* Clinopodion. Plin. Lib. 24. cap. 15.

† Cleotinus, a, um, adjectiv. *Noble.*

Clepo, pis, psi, ptum, furor, furripio, (ex Græc. κλέπτω) furor, indè cleptum, id est, furto substractum; clepere verba alicujus, vel sermonem observare, est & aucuparî, ex Gal. *To steale, to take away secretly.*

† Cleps, epis, com. g. Gloss. κλέπτης. *A Theefe,* Cleptes vel clepta, idem Cat.

Clepsammidium, dii, neut. g. Jun. κλεψαμμίδιον, horologium quo metimur horas per effluxum arenæ. κλέπτειν est furari, & ἄμμος arena. *An houre glasse.*

† Clepsere, pro clepere, Lucret.

† Clepstre, is. *A Glister.*

Clepsydra, æ, κλεψύδρα dict. ab aquæ furto, quod aquam aut cedit, aut furetur, ex κλέπτω clepo, furor, & ὕδωρ aqua, nam antiqui aquam in clepsydris ponebant, sicut nunc arenas. *A Vessell measuring houres by the running of water or sand, an houreglasse, a clocke or dyall, a water pot to water the Garden.* Clepsydra est etiam astronomicum organum sydera dimetiens.

† Clepsydarii: *They that measure the houres by such an instrument.*

† Cleptes, is, masc. gen. κλέπτης. *A Theefe.*

† Clep(tus, a, um. *Stollen.* Furatus, Cat.

† Clericalis, le. *Pertaining to a Clergie man.*

† Clericalitèr, adverb. *Clerkelike.*

† Clericatus, us, masc. *Clerkeship, that is to order:*

† Clericitas, aris, & Clerimonia, æ, & Clericatus, us, masc. g. Clericalitas. *Clerkship, or the office of a Clergie man.*

† Clericor, aris, Cod. *To performe the Office of a Clerke, or Clergy man.*

† Clericus, ci, m. qui censetur in clero, cui opponitur laicis, κλῆρος est sors, item hæreditas quæ sortito obtigit, & quovis modo. Papias clericus dictus est qui de sorte domini est, vel quia dominus sors & portio clericorum, vel quia partem domini habent. κλῆρος propriè est ad sortem pertinens, hæreditarius. *A Clerke or Clergy man.*

† Cleromantia, æ, fœm. g. κληρομαντεία, à κλῆρος sors, & μαντία vaticinium, genus Divinationis, quod fit per sortes. *A soothsaying by Lots.*

† Cleronomia, æ, f. κληρονομία, à κλῆρος sors, & νέμω distribuo. *An Heritage.*

Cleronomus, mi, masc. *An heire,* κληρονόμος, Plut. in Rom. (dict. qd. sorte eligeb.)

† Cleropeplum, i. singulare ornamentum ordinis Clerici quod nunc corruptissimè in opipium voc. peplum, à πέπλος, Gr.

Clerus, ri, m. g. Aven. ex Germ. gotal. Ifid. à κλῆρος sors, quia clerus est sors Dei, vel eorum Deus, κλῆρος appellatione significatur hæreditas, sumitur etiam pro collegio, & corpore Clericorum, Calv. *The Clergy, one that is chosen by Lots, a Deacon, fortune, chance, a measure of land, also a small worme much hurtfull to Bees.* Plin. l. 16.

† Clethra, Gr. κλήθρα. *The Alder tree.* D.

Clibanarius, rii, masc. ger Ammian. κατάφρακτος qui clibano amatus est, dicti clibinarii quorum more testudinis arcuatis armis (quæ clibani forma est) utebantur, Cal. *A man or horse armed with compleat Harnesse: Also an Ovenmaker.*

† Clibania, Nicet. indumenta pastoralia, aut ferreæ thoraces appellat.

† Clibanicus, vel clibanicetus, a, um, Isid. *Of an oven, or furnace*: inde ἄρτος κλιβανικὸς, clibanitius panis, in clibano coctus.

Clibanum, κλίβανον vel κλιβάνιον, i. thorax, lorica ferrea, nempe more Persico undequaque corpus munit. V. Mart. *A breil-plate.*

Clibanus, ni, m. g. Plin. κλίβανος proprie in quo hordeum coquitur, Etymol. Do ricum esse ait pro κρίβανος dict. Eustat. quasi κριθῆς βαῦτρον, id est, hordei furnus. κλίβανον σημαίνει τὸν καμινον ἐνθα ἀχύρου τὸ ἀχθος, παρὰ τὸ κλίβειν τὸ βαύτρον ἀκάμινον. *A moveable oven of iron or other mettall, a still or stillatie, a hot bathe, a complete armour,* Clibanus, Cæl. pro mentis æstu usurpat.

Clidium, neut. Plin. 9. 15. κλεῖδιον thynni jugulus est qui præcipuè in hoc recenti pisce commendatus, Vide Cleides. *The throat of the fish Tunny.*

† Clidūchus, κλειδοῦχος, ex κλεὶς clavis, & ἔχω habeo, claviger, Plin. 34. 8.

Cliens, tis, c. g. φερέσυλος, πελάτης, Mar. à κλύω celebro, honoro, quia cliens est qui alium ut patronum honorat, & quia quasi patres erant, & defendebant eos adversus omnem injuriam, qui in fide alicujus est, & patronum habet, φερέσυλος πελάτης, Isidor. clientes prius colentes dicebantur, à colendis patronis. *One that belongeth or resteth to a Nobleman to have his defence, also a Client retaining a Lawyer or Proctor to plead his Cause.*

Clienta, æ, Plaut. θεραπαίνις. *A Client, or Tenant, or Retainer.*

† Clientalis, le, adject. *Of a client.*

Clientela, æ, fœm. gen. θεραπεία, θεράπνια, clientum multitudo qui potentem aliquem civem, principemve favore prosequuntur, & cujus dignitatem factionemque tutantur, ducti aliqua mercede vel beneficio. *A multitude of Clients: also safegard or protection.*

Clientaris, re, ad. *Of or belonging to a Client.*

† Clientelarium, neut. gen. *A yearely fee for Counsell and assistance.* Coop.

† Clientia, æ, fœm. gen. Gloss. *The breaking of ons into anothers protection.*

† Clienulus, masc. gen. diminut. à cliens.

Clima, atis, neut. gen. Græc. Colum. κλῖμα dicitur esse spatium duobus parallelis conclusum, tanto disjunctis intersitio, ut dies longissimus, dimidia horâ in uno longior vel brevior sit, quam in altero, à κλίνω reclino, Fung. quod quævis plaga intercepta duobus parallelis cœlo spatio declinet ab æquatore. *A clymate and division in the element by countries, a portion of the world betwixt North and South; a measure of threescore foot every way.*

† Climacicus, sci, masc. gen. Hesych. *A cunning tricke in wrestling.* T.

Climacter, cteris, masc. gen. Plin. κλιμακτὴρ à κλίμαξ Scala. climactères anni scansiles, vide Censorin. & Suet. in Aug. & Gell. lib. 3. & 15. cap. 10. Hermolaus in Plin. κλιμακτὴρ gradus. *The step or round of a ladder.*

† Climactera, æ, climacteras dicunt quasi periculi tempus. *The perillous time of ones life at every seven or nine yeeres end.*

Climactericus, a, um. vel climatericus, Lat. dici potes scalaris, κλιμακτηρικὸς ἀπὸ τῆς κλιμακτῆρος, quo nomine Græci scalarum gradus significant, unde numerus climactericus dicitur ad quem per gradus, & veluti scalas qualibet paulatim ascendimus qualis est numerus, qui ex novem novenariis resultat, novenarius autem novies sumptus conficit unum & octoginta, qui est numerus climactericus, al. 63. climactericum annum appel. Calep. unitas ter sumpta conficit ternarium, ternarius autem ter sumptus novenarium, novenarius novies sumptus octogesimum primum qui est numerus climactericus. *Ascending like a ladder, dangerous.* Vide climactera.

† Climacterius, idem quod gradus.

† Climactericum. *That which descendeth by degrees, or an uncertaine divination.*

† Climarius, æ, ex κλυμάζω. *An earthquake throwing all.*

† Climax, acis, fœmin. gen. κλῖμαξ. *A Ladder, the steppe of a Ladder, a going up, an ascending by steps or degrees, also a figure called* gradatio.

† Climea, æ, fœm. gen. Offic. vide cadmia.

Clinamen, inis, n. Lucr. à κλίνω, inclino. *A declining or bowing, a turning aside.*

† Clinarius, æ, fœm. idem quod Climatius.

† Clinatus, a, um. adject. *Bowed downe.*

† Cline, es, fœm. gen. κλίνη in quo reclinare & recumbere, etiam erecti sedere possumus. *A bed,*

† Clinidion, neut. κλινίδιον, dim. à cline lectulus. *A little bed, or couch.*

Clinemos. *A kinde of herbe.*

† Clingo pro cingo, Fest. clingere cingere. Scal. legit clingere cludere, à Græco, κλαίειν, Isid. clingit cludit.

Clinice, es, fœm gen. Plin. κλινικὴ, medicina, ex κλίνη lectus. *The art of Physicke, healing either by diet or medicine.*

† Clinicus, ci, masc. g Plin. κλινικὸς, quasi κλίνη, id est, lecto affixus, qui præ morbo è lecto assurgere non potest κλινικὸς medicus, à lectis ægrotantium dict. quos frequentare solet. *A Physitian healing, or curing his Patient, either by diet or medicine; also one that is bed rid.* Mar. Gl. clenicus.

† Clino, as, κλίνω, inclino. *To bend, also to encline.*

† Clinodarius, ii, masc. gen. *A Jeweller.*

† Clinodium, vel clinodia reperies pro cimeliis. *Ones proper goods or inheritance.* Clenodia sunt supellectilia preciosa quæ ornatus & voluptatis gratia habentur. Vide Mart.

† Clinopale, es, f. g. κλινοπάλη, palæstra vel lucta lecti dicitur, à κλίνη lectus, & πάλη palæstra. *Overmuch use of lecherie or wrestling.*

† Clinopegus, ὁ κλινοπηγὸς, qui spondas fabricatur. *He that maketh beds or horsletters.*

† Clinopodium, ii, Plin. 24. 15. à κλίνη lectus, & πούς pes, à similitudine pedum lecti dict. *The herbe called Pulick-mountaine or horsetime.*

† Clinopedium, candelabrum, Gris.

Clipeatus, a, um, clipeo protectus.

† Clipeo, as, contegere vel armare clipeo.

† Clipeocentrum, est insigne scuti in clypei centro.

Clipeolus, i parvus clipeus.

† Clipeola, Vide clipeus. *A ring.* dict. quia sit rotundus instar clipei.

Clipeus, à cluo, is, defendo, vel à clepo, v. clypeus.

† Clisis, κλίσις, inclinatio, declinatio. *A declination, also a bowing or bending.*

† Clissus, est virtus rerum occulta vadens, & rediens, unde primum exivit. *A secret vertue of things going and returning thither, whence first they came.* Vide Tex Parac.

† Clisura, clausura, Gloss.

Clitellæ, arum, f. clitellæ dicuntur, non tantum eæ quibus sarcina colligatæ mulis portantur, sed etiam locus Romæ propter similitudinem, & in via flaminea loca quædam devexa, subinde, & aecliva. Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum, ad hæc Scaliger. Clitellas etiam pro locis aecliviis dicunt Græci, nam κατάβασιν figu. non tantum

tantum clitellas & ſagmenta aſinorum, ſed etiam accliva loca, Quin, & iidem Græci κλιτὺν dicunt locum in vallem demiſſam, Pung. παρὰ τὸ κλίνω, declive, & vergens deorſum, latera enim clitellarum imitantur quodammodo montium clivos, ſicut & dorſa jumentorum, Græci ἀναφόρεις, ὀθνείσματα, ἀσπάδας, σαθμίδια, σαγμάτια. *A pannell, a packe ſaddle, alſo a kinde of torment.* Feſt.

Clitellarius, a, um. adjectiv. qui clitellis uſitur, unde clitellarii muli dicuntur qui clitellati ſerunt onera. V. Calep. σκευοφόρος. *That hath or beareth a packe ſaddle.*

† Clitellatus, a, um. adject. *Saddled or having a pannell.* Cal. in Clitellarius.

† Clitenus, cliteni, fœm. gen. Plin. *An hearbe called alſo* Periclomenon.

† Cliternini, orum. Cæl. Clitorini leg. Cicero, epiſt. ad Pætum. Vid. Cæl. lib. 4. cap. 7. *A mans cullions or ſtones.*

Clito, as, pro ſplendeo, inde Clito, onis, pro ſplendidus. Cat.

† Clitorium, muliebre pudendum. *The ſecret parts of a woman.*

Clitus, a, um. κλειτὸς. *Glorious* inde inclitus.

† Clivencia, æ, f. g. Gloſſ. *Raſhneſſe, giddineſſe.*

† Clivina, avis quæ etiam dicebatur Prohibitoria & Glinatoria, Feſt. à clivis auſpiciis dicta, quæ teſte Feſt. dicebantur adverſa, quibuſque aliquid fieri prohibebatur. Calep. citat. Plin. l. 8. c. 15. ſed non eſt inventum fortaſſe clivia avis. *A bird that in ſoothſaying gave a ſigne that a thing ſhould not be done.*

† Cliviot, nobilior, Iſid. tanquam celſior, à clivo, qui eſt editior terra.

Clivius, a, um. Feſt. à clivio derivat. difficilis, arduus, ut clivia auſpicia οἰωνισμοὶ δύσοδοι, quæ aliquid fieri prohibebant, nam omnia difficilia, & ardua clivia vocabant, unde & clivia loca ardua. Feſt.

Clivior, i. nobilior à clivo qui eſt editior terra.

Clivoſus, a, um. Col. βαθύλιος. *That hath many hils, that is ſteepe or hanging downeward.*

Clīvulus, li, m. Col. χαμηλοφία. *A little bending.*

Clīvus, i. χαμηλόφορον, leg. & clivum, i. n. à κλίνω inclino.) *The ſteepe deſcending of an hill, the pitch of an hill, the ſide of an hill, a little hill wherein any thing is builded: a cleft.* Tabulæ vel meniæ clivus. *The bending of a board or table.*

Cloăca, æ, fœm. quaſi cluaca, locus cavus per quem colluvies quædam fluit, & expurgatur, κλύω, eſt cluo, purgo, M. ἀμάρυμα, ἀμάρα, ὀφετὸν, à concluendo dict. Feſt. Iſid. cloacæ dict. quod in iis percolantur aquæ, vide cloaco. *The channell, ſinke or gutter of a towne, whereby all filthy things paſſe, alſo the paunch of a glutton,* Plaut.

Cloacalis, le, Cato. *Of a ſinke, &c.*

† Cloaco, as, μολύνω, unde cloaca, cloacare, Feſt. inquinare, unde & cloacæ dict. To *defile or pollute.*

Cloacarium, rii, neut. gen. Ulp. pecunia eſt purgandis cloacis attributa. *Scot in a towne for cleanſing ſinkes or common draughts.*

Cloacarius, a, um, ut cloacārium vectigal. *Of, or pertaining to ſinkes or channells.* Unde Cluacarium, idem.

Cloacula, dim. à cloaca, Lampr. *A little ſinke.*

† Cloax, Gl. *An arch or vault under ground.* T.

† Cloca, æ, f. Pal. *A certaine tune which was ſung to the pipe.*

† Cloca, clocca campana eſt. *A Clacke.* Ac.

Clodiana vaſa, Plin. 33. Cap. 11. *A kinde of veſſell ſo called from the Inventor.*

† Clodico, clodo, cleſtrum, leguntur pro claudico, claudo, clauſtrum.

† Clodus, Iſidor. claudus, Criſpus.

† Clopcia, κλοπεῖα furtum, item ſalutationis ſpecies.

† Cloppus, clodus, χωλὸς. Gloſſ. ex χωλόπους, M. *Lame.*

† Closmus, i, m. Bud. κλωσμὸς, vox gallinaceæ, ſtloppus. *A clacking with the tongue.*

Cl̄ſtrum, vide Clauſtrum.

† Cloto, Pro. Tæ æſtuarium in mari Britannico, agricolæ Gloram vocant. Vide Cal. *The boyling of the Sea in Britaine.*

Cluaſina, Venus Plinio quaſi cloacina, nam cloacis præerat.

Cluci datus, a, um. Feſt. παρὰ τὸ γλυκὺ. *Sweet, pleaſant.*

† Cluden, inis, Petrus Pith. ad Ap. ſubſ. 11. ſine cludine, id eſt, ſine ferro, cluden tragœdorum. *A crooked ſtaffe which the Mimi held in their hands.*

Cludo, is, ĕre, ſum, κλείω, vide claudo. To *ſhut, to encloſe, to environ, to tie about.*

Cludus, a, um. pro claudus.

Cluco, es, ĕre, Plaut. κλύω, perhibeor, puror, nominor, audio, κικλῄσκω κλύω, male audio, nominor, item cluo, purgo, à κλύζω, i. cluo, abluo. To *be named, to bee eſteemed, alſo to purge, or cleanſe, alſo to contend, to appeare.*

† Clues, m. g. Gloſſ. *A thumbe.* T.

† Cluis nobilis, Gl. à cluo.

Cluo, is, ĕre, Prud. ſplendeo, & purgare, Vide cluco. To *ſhine, to be famous, alſo to purge, or cleanſe,* Unde.

Cluens, tis, p. *Shining, excelling.*

Cluet, i. dicæ.

† Clumæ, Feſt. *Barley huskes.* vide gluma.

Cluna, æ, fœm. à clunibus tritis, Feſt. *An ape.*

† Clunabulum, vel clunaculum, li, neut. gen. pugio, Feſt. dict. quod ad clunes religetur, idem ſpatha, Gloſſ. *A dagger, alſo a butchers chopping knife.*

Clunaculum, cultrum ſanguinarium, dict. vel quia clunes hoſtiarum dividit, vel quia ad clunem dependet. Feſt. Vide notas. Scalig.

† Clunar, vide Gluma.

† Clunaticus, Gloſſ. *A ſculpſinder.* T.

† Cluniculum, neut. gen. *A kinde of ſword.*

Cluniculus, li, maſcul. gen. diminutiv. μηρίδιον, Gellius. *A little haunch.*

† Clunicus, a, um. *That hath a diſeaſe in the buttockes.*

Clunis, is, m. & fœm. μῆρα, nates ſive natium tumor, à cluo purgo, eo quod fœdatus ſæpè purgandus, clunes vocatæ quòd ſint juxta κόλον, id eſt, colum, Iſidor. quod culo propinquæ ſint, Perot. vel à cumio, cunire, vel quinire, unde inquinare, Liv. *A buttocke or haunch,* clunes κόξαι.

† Clunium, ii, neut. gen. *A little Couch.*

Clupea, æ, fœmin. gen. Plin. piſcis minutus qui venam quandam in faucibus thynni mira cupidine appetens morſu exanimat, Plin. 9. Cap. 15. *A little fiſh, enemie to the tunie.*

† Clupellarius, v. crupellarius.

† Cluſa. *A valley.* Ac.

Cluſio, onis, fœm. gen. *A ſhutting,* Acer.

† Cluſarius, a, um, Hyg. *Shut up.*

† Cluſii. *Spirits of the Aire.* Cooper.

Cluſilis, adject. Plin. *Eaſie to bee ſhut up.*

Cluſinæ uvæ Plin. l. 14. c. 3.

Cluſinum, Var. a Cluſio, Hetruriæ urbe. *A kinde of wheat.* Col.

Cluſinum pecus pro urbana & candida meretriee, plaut.

Cluſtellum, clauſtellum, parvum clauſtrum.

Cluſus, a, um. Val. Flac. συλλειομένῳ. *Shut up, compaſſed.*

† Cluſuræ, arum. f. Jun. *Incluſiones, cloſes, ſeverals.* v. Clauſura

† Clutus, a, um. vel clytus, Feſtus. clutum Gr. dicunt κλυτὸν, unde accepta

cepta præpositione sit inclutus, in sæpè augendi causa adjicimus, Inclytus. *Noble famous.*

Clymenum, Plin. κλύμενον. à Clymenorege. *Water betony, also sopewort, also Turbine, or Packleaves, or* Agnus castus, al. clymenos.

† Clypea, æ, fœm. g. li. *A kinde of fish*; ex clypei similitudine, vide clupea.

† Clypealis, idem quod mucronatus.

† Clypearius, ii, m. g. *A buckler maker.*

Clypeatus, a, um. Virg. ἀσπιδοφόρος, ἀσπιδοῦχος. *Armed with a buckler or shield, one that carrieth a target.*

Clypeo, as, Non. Varro clupeo, chlamide clupeat brachium, id est, muniat. *To arme one with a buckler.*

† Clypeola, Gloss. *A roule or ring.* Vide Clipeola.

† Clypeum. *A picture.*

Clypeus, ei, vel clupeus, ei, masc. vel clypeum, ei, n. g. ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, quod celet totum corpus, vel à clepere quod est furari ab ictibus, Plin. 35. 3. ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc est sculpendo, celandoque deduxit, ut dicatur clypeus, quasi γλύπτος, id est, sculptus. Clypeum antiq. obrotunditatem corium bovis app. in quo fœdus Romanorum cum Gabiis fuerat descriptum, signif. item imaginem, quod clypei imaginibus pingi & ornari solebant; alii à clunder, gr. ἄσπις, ὁπλον. *A shield, buckler or target; also an image painted or graven upon it.*

† Clysmus, mi, m. & clysma, ătis, n. gen. κλυσμὸς à κλύζω purgo. *A purgation or washing, a glister.* Cooper.

Clyster, eris, κλυστὴρ, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere, nàm clysteræ alvum ægrotantium lavare seu purgare solemus, Plin. Clyster, vel cluster, Cat. dict. quasi clipeus vel clepeus, stercus. *A glister.*

† Clysterium, rii, n. g. & clystrum, Plin. V. Clyster.

† Clyto, onis, filius nobilis.

C *ante* N

CN in notis antiquorum Cneius, vel C. Nevius CN Caius noster vel Cæsar noster, vel civis noster.

†. Cnaso (cnasonas, al. cnaonas leg. acus quibus mulieres scalpunt caput, Fest. ad hæc Scal. est autem cnason Tarentinæ linguæ à κνάω, κνῶ, κνάζω, indè Tarent. κνάζειν. *A badkin, a crisping pinne, a combe.*

† Cnecius, a, um, cnecion oleum, ex Plin. Item sesama & urtica quod cnecinum appel. Plin. 15. 7. ex κνήκη urtica. *An Oile made of* Sesama *and* Urtica, Cal. gnecion. Cnecinus, a, um.

† Cneeus, vide cnicus.

† Cneorum, ri, neut. vel cneoron κνίωρον, quod Hyginus vocat casiam, Plin. 21. 9. Dioscor. thymelæam herbam cneorum & cnestum appell. *An herbe or flower used in garments.*

† Cnephosum, si, Fest. idem quod tenebricosum. à κνέφας.

Cnestrum, V. cneorum.

Cnicus, m. κνίκος vel κνικός, & cnicum, ci, n. gen. Plin. *Saffron of the garden, or bastard saffron, mock saffron,* cnicos Plin. 21. 15.

† Cnide piscis, item urtica, Pl.

† Cnidos, κνίδος, herbæ nomen, Plin. 21. 16. undè cnidium oleum, quod fit ex grano cnidio.

† Cnimi græc. & κνήμη, id est, tibia. *One of the bones of the leg.*

† Cnios, tortiones indecentes, Isid. à κνὼδε scabies, vel κνὶς κνιδὸς urtica, M.

† Cnipologus, κνιπολόγος, culicilega avis. *A bird called a water wagtaile,* dict. quod κνιπας, i. cossos venetur.

† Cnips, ipis, κνίψ, vel κνιπ, culex, mulio. *A little worme breeding in the bladders or blisters of Elme trees.*

† Cnisseps, Hesyc. *An herbe like Parsly.*

† Cnissa, κνίσσα, nidor pinguedinis accensæ, fumus qui ab ea velut κνίζεται, id est, abraditur, Mar. leg. & κνίσα.

† Cnodaces, Vitruv. κνώδακες. *The gudgeons of the spindle of a wheele.*

† Cnodalum, κνώδαλον, feratum terrestris quam aquatica, & aerea bellua, Hesiod. dict. Mar. quasi κνώδαλον, ex κνίζειν & ἁλς.

Cnodax, κνώδαξ, centrum axis, gnomona κνώδων mucro gladii, quod fibulæ illæ penetrent mucrónibus suis & structuram contineant quasi dentibus mordicus impactis, dict. quasi κνῶν δάσσας, vel κνίσσων ὡς ὀδοὺς perimens sicut dens, Vide Mar.

† Cnopodion. *The herbe* Polygonion, Coup.

C *ante* O

CO, in notis antiquorum, conjungi C.O. civitas omnis, CO controversia, CON. Consularis CON. SEN. OR. PQ. R. consensu senatus equestris ordinis populique Romani. COS. Consul. CONS vel CS consiliarius, COL. vel CL. colonia vel colonia, COH. Cohors, COS. QUAR. Consul quartum vel quarto, COS. Des Consul designatus, &c. Vide Cal. ex Mag. Sigon. Prob. Pet. Diacon, &c.

Coa vestis, sivè substantivè coa, Fest à Coinsula. *A very thin kinde of garment of silke,* Ovid.

Coaccedo, is, ssi, ssum, ĕre, simul accedo, συνεπιδίδωμι, συμπαραδίδωμι à con & accedo, Plaut. *To draw nigh, to draw neere withother, to bee added.*

Coacervo, as, ex con & acervo, ὁμουρίω. *To heape up together.*

Coacervatim, adverb. Apul. *By heapes.*

Coacervatio, ōnis, fœm. gen. verb. συνάθροισις, συνάθροισμα. *Heaping or gathering together.*

Coacervator, ōris, m. gen. *A heaper up.*

Coacervatus, a, um. p. *Heaped together.*

Coacesco, is, cui, ĕre, ex con & acesco, συνεξύνω. *To waxe sowre, unpleasant.*

† Coacon, ci, n. g. Gel. coacum. *A blacke plaister.* al. coachon. vel choacum vel chiacum.

Coactilia, involucra; involvendis opportuna circumferendisque vestibus, Ulp. Item pedum tegmina ex lana coacta, Vide Jun. *Course and thicke woollen clothes for package, or carrying clothes, also cords to trusse, packe, felts,* Lanæ per se coactæ vestem faciunt. Plin. v. M.

Coactilarius, ii, masc. l. gen. Jul. Cap. qui coactilia concinnat, & facit, i. vestimenta ex coactis lanis. πλανοποιός. *A felt maker, or one that patcheth clothes, or maketh new of old.*

Coactim, adverb. Gloss. βιαιικῶς. *Vrgently by compulsion.* Coactè, item coactiùs, adverb. compar. *By compulsion.*

Coactio, onis, fœmin. gen. Vitr. à cogo, συλλεξις, συναγωγὴ. *Heaping, or gathering together, compulsion.*

Coacto, as, frequent. Lucr. παραναγκάζω. *To constraine much or often.*

Coactor, oris, masc. l. verb. qui pecuniam cogit, id est, colligit, ἐπιλογάτ. συναγωγεύς. *A collectour or receiver, a gatherer of Vsurers debts, a purveyour, a constrainer, also a Sergeant of a band.* Tacit. coactores argentarii.

† Coactum, ti, n. g. *Gelly.*

Coactura, æ, f. gen. verb. Col. σύλλεξις. *The gathering, or laying up of some thing.*

Coactus, a, um, particip. συνηγμένος, βιαῖος. *Assembled, gathered together, constrained, congealed.*

Coactus, us, m. βιασμὸς, ἀνάγκη. *Constraint, compulsion.*

Co-

Coadjicio, is, eci, ectum. Col. ex con ad & jacio, συμβάλλω. *To caſt to, or together.* Cogum emplaſtrum nigrum, vide Calep.

Coaddo, dis, didi, ditum, ĕre. Cato, ſimul addo, συμβάλλω. *To caſt to, or together.*

Coaduno, as, in unum cogo, ex con, ad & uno, Græc. συνάπτω, συναρμόζω. *To gather together in one.*

Coædifico, as, συνοικοδομέω. *To build hard together, or nigh other building.*

Coædificatus, a, um. part. *Built hard by.*

Coæqualis, le, Col. πάρισος, ὁμαλὲς. *Like, even, equall, coequall.*

Coæquo, as, ὁμαλίζω, παρισόω. *To make equall to another, to make indifferent.*

Coæquus, a, um. πάρισος. *Equall.*

Coæſtimo, as, Celſ. συνημέω. *To eſteeme alike.*

Coætaneo, as, Ter. *To bee of the ſame age.*

Coætaneus, a, um. qui eadem ætate vixit, Portius Latro, ὁμήλικος, ἰσήλιξ. *Which is of one time and age.*

Coævus, a, um. ejuſdem ævi, eadem ætate præditus, συνήβης, ὁμήλιξ *Of the ſame age,*

† Coachlices, m. g. Heſyc. *A kind of bread.* T.

Coacuo, as. *To ſharpen.*

† Coadjumentum, ti, neut. gen. *A joint helpe.*

† Coadjutor, oris, m. gen. *A fellow helper.*

† Coadjuvo, as. *To helpe together.*

Coägitatio, ōnis, ſ. συγκίνησις. *A moving or ſtirring together.*

Coagito, συγκινέω. *To move or ſhake together.*

Coagmentandus, a, um. *Due to be, &c.* Quint.

Coagmentatio, onis, ſœm. g. verb. συνάφεια. *Joyning or gluing together.*

Coagmentatus, a, um, part. *Joyned together.*

Coagmento, as, à cogendo, συναρμόζω. Coagmento, conjungo, compono, conſtruo, ſtringo, per tranſlat. Cic. de Orat. verba n. verbis coagmentare negligat. *To joyne or give together.*

Coagmentor, paſſ. Plin.

Coagmentum, ti, n. Plaut. συνάφη, σύστασις, σύγμα, coagmenta conjunctiones arctæ & compares, à cogendo, i. à ſtringendo. *A joyning or couching of things together.*

Coagulatus, a, um. *Congealed together.*

Coägulatio, onis, ſ. verb. ἰματοπαγὲς, πῆξις. *Joyning together, turning to a curd.*

Coägulo, as, Plin. cogo, coago. πήσσω. *To gather into a creame, to curd, to make to joine.*

Coägulum, li, n. g. Plin. à cogendo, id eſt, denſando, ſivè ſtringendo, dicitur illud quo ad denſandum lac. utimur, πυτία, per metaphoram quicquid connectit, ac conjungit, coagulum dicitur, coagulum tranſlatè de ſemine ac concepru, ἰμβρυον, κύημα. *A curd or creame, the runnet that curdleth the milke, any thing that joyneth.*

† Coalbeo, albes. *To make white.*

Coälbeo, es, ui, ēre Plin. ex con & alo, concreſco, cohæreo, συμφύομαι, συνίεμαι. *When a plant beginneth to faſten it ſelfe unto the ground, and take nouriſhment and increaſe, to ſticke faſt, to grow, to cleave together.*

Coaleſco, is, ui, itum, ĕre, Col. concreſco, coaleſcere oleum, id eſt, congelaſcere, Gel. lib. 17. coaleſcere, de palma, Suet. in Aug. c. 9. *To grow together, to encreaſe.* Vide Coaleo.

Coälitus, a, um. p. Gel. συμφὺς. *Nouriſhed, increaſed.*

Coalluo, is, ui, ĕre. Pompon. ex con, ad, & luo, per alluvionem aliquid augere. *To caſt ſand or gravell on heapes, as a river doth.*

† Coalo, is, i. creſcere.

† Coalterco, & or. Vide Altereo, & or.

† Coambulo, as, ſimul ambulo

† Coamicio, is. *To cloath.*

Coămicus, ci, m. ex con. & amicus, συμμιξίφιλος. *A fellow friend.*

Coanguſto, as, συνοχόω. *To make narrow, to reſtraine, to make ſtraighter*

Coanguſtor, paſſ.

Coarctatio, ōnis, ſœm. Liv. ἀπόπνιξις. *A ſtraitening or preſſing together.*

Coarctatus. *Straitned, preſſed together, kept in.*

Coarcto, as, ἀπαγχονίζομαι. *To ſtraine, to gather a matter into few words, to ſhorten.*

† Coarcuatio, ātionis, fœmin. gen. Gloſſ. *A joyning together, bowing together.*

Coarguo, is, ui, utum, ĕre, ἐλέγχω. *To rebuke, to finde fault with, to bewray, to prove manifeſtly, to take truth, to convince.*

Coaſpernor, aris, atus ſum, depon. Tacit. ἅμα καταγγέλλω. ſimul aſpernor, Tacit. *To deſpiſe or ſet light by with others.*

† Coaſpides, Gloſſ. *A gemme of a greene colour mingled with gold.*

Coaſſo, as, quod & coaxo dicitur, pro contabulo: unde Coaxatio, & Coaſſatio, contabulatio, ab axibus: quamvis revera aſſeres tabulæ non ſint, συνίδια dicitur & ſicut axis & aſſis, eſt enim axes ſeu aſſes vel aſſeres conjungo. *To planke or floare with boards. Alſo* Coaxo *is to croake like a Frogge.*

Coaſſatio, ōnis, ſœm. Plaut. *A planking with boards, a boarding or joyning of a floare.*

† Coaugeo, es. *To encreaſe together.*

† Coauctio, onis, ſœm. gen. *An encreaſing.*

† Coauctus, a, um. *Encreaſed together.*

† Coauxilior, aris. *To helpe together.*

† Coaxatio, Bud. idem quod Coaſſatio, & Coaxum, xi, n. g. *It is alſo the croaking of toades and frogges.*

Coax, vox ranarum.

Coaxo, as, Philom. κοαξάω, ex κοάξ, verbum ex ſono fictum. *To croake like a toade or frogge.* Vide Coaſſo.

† Cobaltum, ti, neut. gen. *A ſtone whereof matter is made behoofefull to medicine.*

† Cobax, Græc. κώβαξ, cicada grandis.

† Cobio, Plin. 32. 11. Vide Gobio, κωβιός. *A fiſh called a gudgeon.*

† Cobion, al. cubion, v. Plin. 26. 8. *A kinde of Tithymalus.*

† Cobites, κωβίτης, piſcis ex ā quarum genere. Criſ.

† Coccalus, li, ſ. g. *A Pine-apple.* Cooper.

Cocceus, vide Coccineus, Lampr.

† Coccimelus, li, m. g. Pall. *The name of a tree.* T.

Coccinatus, a, um. Mart. ὁ κόκκινον ἐσθῆτα ἐνδεδυκώς. *Arrayed in Scarlet.*

Cocc'ineus, a, um. Plin. κοκκοβαφὴς, κόκκινος. *Dyed into a Scarlet or Crimſon colour.*

Cocc'inum, ni, n. M. *A Scarlet Robe.*

Cocc'inus, a, um. κόκκινος. *Of Scarlet or Crimſon colour.*

† Coccis, pars ex lateribus ſacri oſſis, Gallæ. anatomiæ.

† Coccos, *The hearbe Sea-Spurge: Alſo a certaine ſeede.* Vide Coccus.

† Coccothraustes, Gr. Lat. oſſifragus. Geſn.

† Coccula, vel Cocula, orum. *Veſſels to bake or boile in.* à coquo.

† Coccum enidium. *A berry like a Mirtle, uſed to ſtaine ſcarlet.* T.

Coccum, neut. gen. vel Coccus, ci, maſcul. gen. κόκκος propriè eſt granum, eſt etiam frutex, qui dicitur κόκκος, βατίνη, cujus fructus quoque à κόκκος, & vermiculus in eo naſcens ad tincturam, vocant & coccum in neutro genere. Coccum quo infectores utuntur, frutex eſt ſurculoſus, parvus, cui grana ſeu lentes adhærent, quæ electa congerunturMatthiolus in Dioſcor. hæc

omnia

omnia attribuit à Chermes, קרמז karmaz Arabic. תולע tholang, vermis grana seu baccæ coccisunt rubræ κόκκος bacca, granum. *Graine wherewith cloath is grained, Scarlet Dye.*

† Coccyso, as. κοκκύζω. *To cry like a young Cockrell.*

Coccyx, ygis, m. Plin. κόκκυξ dict. παρὰ τὸ κοκκυσμὸν ἱεῖν, qui cantat cuckoo. *A Cuccow, a Fish called a Gurnard; also the utmost end of* Os sacrum

Coccum, ci, n. g. Fest. quod ad ignem coquatur. *Meat made of Honey and Poppy seed; also an* Hatch-patch. Tert.

† Cochilia, s. g. Gloss. *An ascent by winding staires.* Vide Cochlidium.

† Cochlacæ, Fest. al. conchalacæ, à similitudine cochlearum dict. κοχλάδες. *Round stones in the rivers like Snailes, &c.*

† Cochlearius, ii, m. g. *A Spoone maker.*

Cochlea, æ, f. g. Græ. κόχλος, ἡ κοχλίας, à κύκλος, id est, γυρίσκος, id est, gyro. *A Snaile or the shell of a Snaile, a fish called a Periwinckle, a Vine, a Spindle of a Printing Presse or other, a paire of winding staires, a Pumpe to draw up water, a kinde of doores.*

Cochleare, & per apocopen, cochlear, aris, n. Mart. à cochlea propter similitudinem, instrumentum quo cochleæ, & alia hujusmodi vescendo sumuntur, δοιδύξ. *A Spoone; also a measure, a spoonefull.*

† Cochlearia, æ, f. g Offic. *The hearbe Spoonewort, Scurvigrasse.*

Cochlearium, rii, n κοχλιάριον, Plin. *The least measure of liquid things, the twelfth part of* Cyathus, *a spoonefull; also a place to nourish Snailes or shell fish in.*

† Cochlearius, rii, m. *A certaine sea stone of shels, sand and stones congealed; also a certaine Gemme.*

† Cochlidium, scalæ rotundæ per quas in turrim ascenditur, M.

Coclare, Fest. alii conchalaræ. *Round stones like spones or Coccles.*

Cocles, itis, c. g. Plaut. μυόψαλαμος, coclites, dict. qui unum tantum habuerit oculum, quasi oclites, al. ex κύκλωψ, Mart. quasi cocles, cui quasi duo oculi in unum coierunt, Pers. cocles, ocles. vide M. *That is borne blinde or that hath but one eye.*

† Cochleum. cochlidium & cochlis, idis, κοχλίδιον, scalæ per quas in turrim ascenditur. *A winding staire.*

† Cochlis, κόχλις, scalæ quæ ascendunt in gyrum.

† Cochlites, Plin. 37.12. *A precious stone.*

Cociânatura, μετάφρασις, Scal. ex Gloss. cociatria μετάφρασις, Scal. cociatrina.

Cocio, Plaut. *A Pedlar*, id est, Arilator, Gel. 16.7. vide Coctio.

† Cocistrio, tabernarius, Accrd. leg. ex Isid. pro occistrio.

† Cocolobis, subst. Hispanis uvæ genus, quam Dirrhæchini vasibicam vocant, vide Plin. 14.3. *A Spanish Grape.*

† Coctia. *A kinde of drinke made of sodden Corne.* A.

† Coctiatoria vasa pro cocinatoria. id est, coquinatoria, vide Calv. lex.

Coctibilis, Plin. ἐυέψητος. *Easie to be sod or baked.*

† Coctilicia taberna, Jul. capit. *A cole kill.*

† Coctilia. *Charcole, wood burned to make cole.*

Coctilis, le, Ovid. ἕφθος quod facile coquitur. *That is sodde, baked, roasted or scorched.*

† Coctillatio, onis, f. g. *A pitching*, ut ovi coctillatio.

† Coctillatus, a, um. adj. ut ovum coctillatum. *Poched or boyled.*

† Coctillo, as. *To poach.* ut coctilare ova, *to boyle.*

Coctio, m. g. Fest. coctiones dicti videntur, à cunctatione quòd in emendis vendendisque mercibus tardè perveniunt ad justi precii finem. antiqu. coctiones vel cunctiones. *A Pedlar or huling chapman, a Bargainer.*

Coctio, onis, f. verb. à coquo Plin. πέψις. *Seething, boyling, digesting.*

Coctito, as, freq. Plau. ἑψέω. *To boyle often.*

Coctivus, a, um. adj. Plin. εὐέψητος. *Sodden, easily boyled, soone ripe.*

† Coctona aut coctana, Coop. vide Corona.

† Coctonum, ni, n. g. *Cotton.*

Coctor, oris, m. ἑψητής. *A seether or boyler, a person that hath spent and wasted all his goods prodigally.*

Coctum, à coquendo dicitur, quia coquendo coarctetur, Cal. legit cogendo coroctur, & ad utilitatem vescendi perducitur, Fest.

Coctūra, æ, f. Plin. ἕψησις. *Seething, digesting; also temperatenesse of the aire to ripen fruit.*

Coctus, a, um. p. ἑψητός. *Sodden, digested, ripe, savoury.*

† Cocula, à coquendo pane, Var. cocula item pro vestimento, Acerd. putat legend. cucullo in Bonifacio.

Coculum, li, n. (vas æneum coctionibus aptum. Cocula vasa quæ & cocitatoria, & cocinatoria, & coquinaria, Isidor. cocula ligna arida, vel vasa ærea, al. cocula dicunt ligna minuta quibus facilè decoquantur obsonia, Fest. Hom. κάγκανα ξύλα. Var. cocula quæ coquebant panem, vide Scal. ad Fest. *A brasen Pot or Kettle to boyle; Also dry stickes to burne under such a Vessell.*

† Coculus. *A little Cooke.*

Cocus, subst. m. g. Fest. *A Cooke.*

Coda pro cauda, Var.

† Codatremula, æ, f. g. à cauda tremula, dict. *A bird called a Wagtaile.*

Codeta, ager in quo frutices existunt in modum codarum equinarum, &c. Fest. *Ground overgrowne with horse-taile grasse.*

Codetum, ti, n. gen. *Ground overgrowne with the hearbe horsetaile.*

Codex (qui & caudex) icis, masc. κορμὸς, à κείρω tondeo, amputo, truncus arboris cum frondibus, quia rami tonderi & amputari soleant, à cædo, quia ex eo ξύλα κόπτονται, à corticibus arborum, & pro libro usurp quia corticibus arboram olim pro charta utebantur, Isidor. codex multorum librorum est liber unius volum. & dict. codex per translat. à corticibus arborum seu vitium, quasi caudex, quod in se multitudinem librorum q. ramorum contineat, vide Caudex. Codex & caudex truncus vel stipes arboris cui cortex detrahitur. Codex robustus pro supplicii genere, Plaut. item liber, item tabulæ accepti & expensi. *The body or stumpe of a tree; also a Booke or Volume.* Codex robustus. *A place of punishment for Offenders.*

† Codiæ. *The tops of Poppy.* Coop.

† Codiaminon, Plin. 21.11. herba est bis quotannis florens, cujus flos codion appell.

Codicariæ naves dictæ sunt quæ & caudicariæ, quòd è codicibus, id est, lignis crassioribus factæ sunt. *Ships made of the trunkes of trees or ships made of huge thicke planckes.*

Cōdĭcārius, a, um. Var. *Pertaining to a stocke or stumpe of a tree.*

Cōdĭcillāris, re, adj. ἀπὸ τῶν διπλωμάτων, Lampr. *Which is granted by Kings Letters Patents, belonging to them.*

Cōdĭcillus, li, m. γραμμάτιον, dim. à codiculus, sunt a, literæ sive Epistolæ. codicillos & pugillares tabulas pro eodem ponit Brisi. accipitur codicillus pro literis brevibus, hoc est. pro Epistolis, aliquando pro diplomate, item pro arboum putaminibus. Codicillus, I.C. est scriptura vel litera in qua testator suam figurat voluntatem. *Also a supplement to a Will, a little Booke, a letter missive,* in plur. *Epistles, letters; also Letters Patents of a Prince, writings wherein a man disposeth of his goods, not having leasure to make a Will, the band of Matrimony, paper wrapped and sealed up as Writs, a last Will.*

† Codiculus & codicellus, βιβλίον. *A little Booke.*

Codi-

Codicum. *A Booke.*

† Codion, Ruel *A kinde of Lettisse, also the flowers of* Codiamnon Coop.

† Codon, κώδων, tintinnabulum, campana, crepitaculum, tuba. *A little small Bell.* Coop.

† Codonophorus, Bud. codonophori tintinnabula gestantes, κωδωνοφόρος. *He that go th before ringing a Bell in his hand.*

† Codra, æ, f. g. quadra Gloss.

Cœlebs, quod cœlo dignam vitam agat, Fest. Sed Scaliger quasi κοίλης conjugii expers, pro κατακόλης, κοίτη est lectus, concubitus, concubitu carens ἀγαμος: κοῖλος est cubo, κοίω pario & κεύθω, unde est κεύθμων fœtus, λείπω est linquo, deficio, sic κερόλης cauda carens. Vide cælebs. *One unmarried.*

† Cœlia venter; ventriculus, κοιλία. *The belly, the stomacke.*

Cœliaca, id est, ventralis dispositio, communis morbus est ventriculo & intestinis. *A disease when one cannot keepe the excrements.* Cœliacus morbus, vide Calep. ex Cels.

Cœliaca passio. *The Collicke.* vide Iliaca passio.

Cœliacus, a, um. κοιλιακός, à κοιλία, alvus, venter, morbus intestinorum, etiam dicitur is qui cœliaco morbo laborat. *That hath the Collacke or pune in the Guttes,* Plin.

Cœligena, æ. *Begotten of the gods or in heaven.*

† Cœlispex, qui aspicit cœlum, οὐρανοσκόπος. *One that beholdeth the Heavens, an Astrologer or Astronomer.*

Cœlitùs, adv. id est, à cœlo, οὐρανόθεν. *From Heaven, heavenly.*

† Cœloma, tis, n. κοίλωμα. *A long hollow sore about the circle of the Eye,* Coop.

† Cœlon. *A kinde of Painters colour.*

† Cœlopthalmus, à κοῖλος & ὀφθαλμὸς cavus & ὀφθαλμὸς oculus, Jun. *That hath hollow eyes.*

† Cœlostomia, æ, f. g. *When one speaketh hollow in the mouth.* Coop.

Cœlum, cœmentum, vide Cælum, cementum.

† Cœmeterium, rii, neut. gen. κοιμητήριον, à κοιμάω sopio. *A Church-yard.* Mortuorum dormitorium.

Cœmo, is, psi, συνωνέομαι. *To buy with another.*

Cœmptio, onis, f. g. συνώνησις, verbale, quo jurisconsulti fere utuntur pro imaginario venditionis genere, quo uxor veniebat in jus mancipiumque mariti. coemptio etiam ad adoptiones pertinebat. Vide Calv. Lex. Jun. *A buying together, &c.*

Cœmptionalis, le, adj. *Which is often in buying, of buying together.*

Cœmptor, apud Ulpianum fiduciarius pater dicitur. Idem coemptor pater qui pater naturalis dictus est. *He that buyeth or adopteth.*

Cœna, f. gen. à κοίνω, quod est communis, quia multi in communi cœnare consueverunt, δεῖπνον, Bec. à πίνω ποινα, ex ϝι ϝον, id est, divertit in publicum hospitium, aut à ϝι ϝαν, id est, coena, epulum, Plut. libr. 7. Sympos. refert Romanos crebrò in ore habuisse dictum faceti hominis, qui cum solus ederet, dixit non se coenasse, sed tantum edisse. Deorum coenæ pro dulcibus & gratis dict. Dialis coena, id est, lautior, opima, coena item pro loco in quo coenatur, Plin. Lib. 12. cap. 1. Cæsar. coena quasi κοινή, id est, communiter vescerentur non privato demenso diurno, Plaut aiunt cœnam Romanis dictam ob communionem (κοινωνίαν) veteres enim Romanos καθ' ἑαυτοὺς modicè (ἐστιατῶς) prandere solere, cœnare verò cum amicis. *A Supper or place wherein men suppe, a feast.*

Cœnacularia, æ, f. Digest. quæstus qui fit ex cœnaculorum ablocatione, ἡ χρηματιστικὴ ἀπὸ τῶν συοικίων. *A letting forth or hiring of upper chambers or cellars.*

Cœnacularius, Digest. ὁ ἐνοικιαστὴς οἰκιῶν, qui cœnaculum conduxit, vel qui cœnaculum exercet. *A Tenant of upper Chambers onely; also he that letteth them; also he that maketh Supper ready,* Gl.

Cœnaculum, li, n g. Var. à coenando, locus ad coenandum idoneus, διαιτητήριον, ὑπαίθριον, ἀνάγαιον, συνετία, Fest. cœnaculum vocabant postquam in superiore parte cœnare coeperunt, superioris domus universa coenacula dict. ab Hebr. מעלה coenaculum, ex מעה gnalah ascendere, ad quæ scalis ascenditur. Ennio, coenacula maxima coeli. *A place wherein men doe suppe, a Chamber in the upper part of the house, a Garret in the top of the house.*

† Coenalio, ônis, fœm. gen. *A lower Room where the better sort kept.*

Coenaticus, a, um. Plaut. *Pertaining to a Supper.*

Coenatio, ônis, fœm. gen. Col. δειπνητήριον. *A place in the lower part of the house to suppe in, a Summer Parlour.*

Coenatiuncula, æ, f. gen. dimin. Plaut. *A little Parlour to suppe in.*

Coenatoria, idem quod coenatorium.

Coenatorium, rii, n. Mart. pro veste coenatoria cum qua discumbere in conviviis solebant, τὸ δειπνητικὸν ἔνδυμα. *A night Gowne, a garment to suppe in.*

Coenatorius, a, um. adj. κοινωνητικός, quod ad usum coenæ pertinet.

Coenaturio, is, ire, Mart. δειπνιάω. *To have a lust or appetite to Supper.*

Coenatum est, imp.

Coenatus, a, um. p. δεδειπνηκώς. *That hath supped.*

Coenipeta, æ, com. gen. δειπνολάγος. *One that seeketh for his Supper, that intrudes into company for his Supper,* qui ambit mensas coenas.

Coenisecia, quæ pertinent ad cœnum, utique ad coenam. *Such things as were offered in memories of sanctorum & mortuorum,* Ac.

Coenito, as, freq. δοχὴν δειπνίω. *To suppe often.*

Coeno, as. δειπνίω. *To suppe, to be at Supper.*

† Coenobiarcha, æ, m. κοινοβιάρχης, à coenobium & ἀρχὴ, principatus, Jun. *A Prior of a Monastery or Abbey.*

† Coenobitæ, qui in commune vivunt. *They that are of the society of a Monastery or College of Priests,* Cæl. 10. cap 4.

Coenobium, ii, n. gen. κοινόβιον à κοινὸς, communis, & βίος vita. Isid. coenobium est locus ubi vita communis ducitur, hinc coenobitæ qui in commune vivunt. *A Community of living, a Monastery, a Covent.* Gel. l. 1. c. 6.

† Coenodoxus, a, um. *Vaineglorious.* Vide Cenodoxus.

† Cœnofactarius, ii, m. *A Taker or Drawer.*

† Coenofactoria, æ, f. & cœnofactorium, ii, n. *The Drawers occupation.*

† Coenopolium, ii, n. g. *A Cupboard; also a place where Supper is set or dressed.*

† Coenositas, ãtis, f. gen. coenolentia, id est, fœtor. *Foulnesse or filthinesse.*

Coenosus, a, um. adj. Col. βορβορώδης. *Full of mire, dirty, filthy.*

† Coenovectorium, ii, n. gen. *A Wheelbarrow to carry out dung.*

Coenula, æ, f. dim. à coena, δειπνίδιον, parva coena. *A little Supper,* Cic.

† Coenulentus. *Full of clay.*

Coenum, ni, n. gen. βόρβορος, à κοίνω inquino, παρὰ τὸ κοινὸν κεῖσθαι, quod inter cætera immundum significat. à κοινέω vel κουέω est cunire apud Fest. & quinare, unde inquinare. *Dirt, mire,* (*by a metaphore*) *a dissolute fellow.*

Cœloma, ătis, n. Cels. *A long hollow sore about the circle of the eye,* rectius coeloma, κοίλωμα.

Coeo, is, ivi, ire, itum. ex con & eo,

eo, συνίμι, συγκίνλω, συνήκω, συνάγωμαι. coire, item pro concrescere, congelascere, Cicero. pro inire, ut coire societatem cum aliquo. Coire, in unum convenire coire apud priscos verbum criminosum erat: lege enim Cornelia constituta erat accusatio adversus eos qui accusationes condemnationésque coierant. Cic. Orat. pro Aulo Cluent. pœna legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accusationem innocentium coierunt. Coire in accusationem alicujus est subscribere alicujus accusationi. Coire in matrimonium, hoc est, convenire & consentire, coire uxori est coire cum uxore, coire societatem, &c. apud Calv. *To come together, to assemble, to close, to grow together, to waxe thicke, to doe the act of generation, to associate, to joyne battell, to subscribe.*

Coepi, sti, verb. defect. ab antiquo coepio, id est, incipio, initium capio, nam à capio orum est, Cat. coepiam seditiosa verba loqui, invenitur & coepere infinit. coepisse dicitur quis si fundamenta jecit. vide Galvin. ἠρξάμην, ἐνεχειρήσαμεν. *I have beginne or taken in hand.*

Coepio, Ter. *To beginne.*

† Coepiscopus, pi, m. *A fellow Bishop.*

† Coepe pro quippè, Briss.

Coepco, as, Suet. ἐπάρχομαι, ἐπιχειρῶ. *To beginne.*

Coeptum, ti, neut. gen. Ovid. ἀρχὴ, ἐπιχείρημα. *A beginning or enterprize.*

Coeptarus, a, um, p. à coepi, Qu. *Ready to beginne.*

Coeptus, a, um. part. *Which is beganne.*

Coeptus, us. Gel. ἀρχὴ. *A beginning, an enterprize.*

† Coepulonus, m. *A fellow banqueter, a reveller.*

† Coepulor, aris, Gloss. *To feast or banquet together.*

† Coequatus, a, um. *Made even or levell.* vide Coæquatus.

Coequito, as. Liv. συνπωίνω. *To ride together.*

Coërceo, es, ui, itum, ëre. ex con & arceo. κωλυτήρω, συνείργω. restringo, contineo, infræno, cohibeo, ponitur etiam pro circundare sive simul stringere, item pro compellere. Aliquando vim in se continet atque castigationem, aut reprehensionem atque animadversionem, & pro repellere sive punire ponitur, aliq. simpliciter sine vi pro continere, complecti, comprehendere, propriè autem de iis quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt, ut coercere aubores est ramos constringere, &c. *To restraine, to bridle, to binde hard, to comprehend, to keepe in, to punish, to subdue, stay or keepe backe.*

† Coercibilis, le, adj. *That may be restrained.*

Coercitio, onis, fœm. gen. Liv. Verbal. à coerceo, animadversio pecuniaria, sive in corpus punitio & castigatio, κωλυτήρεις. *Restraining, keeping in subjection, chastising.*

† Coercitio, onis, & coertio, onis, Digest. *Restraint, keeping in order and subjection, punishing.* Vide Coercitio.

Coercendus, a, um. *Due to be chastised.*

† Coercio, is. ex con & arceo. Vide Coerceo.

Coercitus, a, um. p. Plin. συνειργμένος. *Restrained, kept, stopped, compelled, tied up.*

† Coerarius, ii, m. gen. *One that hath the charge and custody of Wards, &c.* T.

† Coero, as. *To care for or have the charge of,* T.

Coerro, as. Paul. est una cum aliis oberro. *To wander up and downe with company.*

Coestimo, rectiùs coæstimo, id est, cum aliis vel simul æstimo. συντιμῶ, Cels. furtiactione hoc quoque coæstimabitur. *To esteeme or honour one together with others; Also to esteeme or judge.*

† Coëtulus, vide Coeruleus.

† Coeruleus, a, um à coelo, Scal. Mar videtur color aliquis esse coeli, vet. gram. coerulus naturæ color est, coeruleus naturam fingit, ità alter est, alter fit, Mart. ex Gloss. Coerulus viriatus, coeruleus bestia marina, Isid. coerulea oculi tunica eadem est cum Rhagoide, uvea, & uniformi, proculdubiò ob versicolorem, internam hujus superficiem sic dicta. *Skie colour, of the colour of the Heavens.*

† Coesius, a, um. cum aliis esus. *Eaten together.*

† Coesse, simul esse, Ac.

Coeternus, a, um. adject. *Coetermall.*

Coetus, us, m. gen. συνουσία, σύστμα. congregatio à coeundo, id est, conveniendo, cœtum Luc. vocat connexionem membrorum cum humoribus, & spiritibus, &c. vide Cal. *An Assembly, a company, a multitude, an unlawfull Assembly.*

† Coeton, κόιτον, Græc Thalamus, unde pro coeton antithalamus, Cecil. in Ep.

Coexercitatus, a, um. Quint. συγγεγυμνασμένος. *Exercised together with.*

Cogens, tis, p. à cogo. *Compelling, constraining, gathering, concluding, &c.*

† Coggygria, Plin. 12. 32. *A kinde of tree.*

Cōgĭtābilis, le, Suet. νοητὸς. *That may be thought on.*

Cōgĭtābundus, a, um. *Musing much.*

Cogitamen, ĭnis. idem quod cogitatio.

Cogitatè, & cogitatò, & cogitatim, adv. pro consultò, data operâ, ἐκ προνοίας. *Advisedly, of purpose, willingly.*

Cogitatim, Festus. Vide Cogitatè.

Cogitatio, onis, f. dicta velut coagitatio, id est, longa ejusdem rei agitatio in eadem mora consilii, explicandi, Fest. διαλογισμὸς, διάνοια. *The moving of the minde, thought, musing, consideration.*

† Cogitativus, a, um. *Musing, pensive.*

Cogitatum, ti, neut. g. διανόημα. *A thing mused or thought on, a thought.*

Cogitatus, a, um. p. *Thought upon, intended, purposed.*

† Cogitatiuncula, æ. *A little cogitation or musing.*

† Cogitatus, us, m. *Thought, care, a plot, a project.*

Cōgĭto, as. frequ. ἐνοέω, διανοέομαι, (à cogo, quod mens plura in unum cogit, unde quæ sibi videntur & utilissima elicere possit: meditor, mente agito, cogito quod coagito. Cogitare non est simul agitare, ut fit quasi coagito in prima signif. sed dubitare & veluti in mora esse consilii explicandi, Non. cogitare est dubitare, deliberare, confirmare, Briss. *To muse, to cast in minde, to purpose, to consider.*

Cognati, orum, masc. συγγενεῖς, quasi ex uno nati, quòd nascendi initium habuerint idem, quasi connati, id est, simul nati. *Kinsfolke by blood or birth.*

Cognatio, onis, fœm. συγγένεια. Cognatio generale nomen est & omne vinculum significat quod vel naturaliter ex jure sanguinis vel adoptionis contingit. Inter agnationem & cognationem hoc interesse traditur quod inter genus & speciem, cum illa per virilis tantum sexus personas, hæc ex qua cunque naturali conjunctione contingat. Cognatio naturalis & civilis. *Allyance, likenesse, agreement, acquittance.*

Cognatus, a, um. ex con & nascor, tanquam à cognascar, id est, unà natus, cognati sanguine conjuncti, qui cognatione tenentur, dicti quasi unà communitérve nati, vel ab eodem orti progenitore, συγγενεῖς cognati etiam per fœminini sexus personas veniunt. *Kinne, allyed, of the same bloud, agreeable, very like, almost*

almost the same nature, nigh adjoyning.

† Cognatus, ti, m g. *A Kinſman.*

Cognitio, onis, f verbal. γνῶσις. *Knowledge, judgement, examination, also hearing.*

Cognitionales amici, fortè qui ſimul cognoſcunt.

† Cognitionaliter, adv. hoc eſt adhibita cauſæ cognitione utraque parte præſente, & audita, κατὰ διάγνωσιν. *Knowne perfectly or fully.*

Cognitior, comparativ. *Better knowne.*

Cognitiſſimus, Cat. *Exceeding well knowne.*

Cognitor, oris, m. verbal γνώστωρ. Cognitor eſt qui litem alterius ſuſcipit coram eo cui datus eſt, procurator autem abſentis nomine autor eſt. Cognitor olim erat qui præſentis alterius cauſam tuebatur ut ſuam. *Which knoweth, an Attorney which defendeth ones cauſe.*

Cognitus, a, um. particip. γνώσθ. *Knowne, preserved, heard, tried.*

Cognitus, ti, m. *An acquaintance.*

Cognitura, æ. pro cognitoris quæſtu. *The Office of a Cognitor.*

Cognobĭlis, le, adject. qui cognoſcitur, ἐυγνώσθ. lior, us, comp. Gel. 2. 4. itaque ego cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror, ex Cat.

† Cogitivæ, poteſtates animæ tres, mens, cogitatio, diſcurſus, ſeu opinio, Cel. 16. 13.

Cognōmen, ĭnis, n. gen. Probus, quod præponitur prænomen, quod poſtſertur cognomen, quod ad ultimum dicitur agnomen; al. cognomen, quod eventu acceſſit, ἐπωνυμία, ἐπώνυμον, ἐπίκλησις, à con & nomen. Iſid. quià nomini conjungitur, ut Scipio, Non. cognomen ejuſdem nominis, al. cognomen, cognomentum quod ex corporis vitio, vel ab alio quodam eventu ſolebat imponi. *A Sir-name added to that which one hath of his father.*

Cognomentum, ti, n. g. idem.

Cognōmĭnis, is, com. gen. qui ejuſdem nominis eſt, ἐωνυμος. *That hath one and the ſame name or Sir-name.*

Cognominatus, a, um. ἐπωνυμασθὲις. *Surnamed.*

Cognōmĭno, as. ex con & nomino, cognomen impono, Plin. ἐπικαλῶ. *To give a Sir-name.*

Cognoſcito, as. frequent. *To know.*

Cognoſco, is. ex con & noſco, γινώσκω. Cognoſcere eſt noſcere eos qui priùs ignoti erant: agnoſcere de olim notis. Cognoſcere ſimpliciter dicitur judex qui de cauſa quærit, & diſceptat, litigatoréſque audit, idque pro tribunali, diſceptare, excutere, examinare, & de eo jus dicere. *To know, to enquire, to heare a matter debated as a Judge: to learne, to peruſe, to acknowledge, to have company with in carnall copulation.*

Cogo, is, egi, actum, ĕre ex con & ago, συνάγω, quandoque urgere, compellere, vim habere, ἀναγκάζω, βιάζομαι, quandoque mulgere, βδάλλω, quandoque coagulare, denſare, live durum facere, πήγνω, quandoque imprimere, ſeu anteponere κατατίθω. quandoque in ordinem ponere διατάττω. Cogere in aliquem ordinem, id eſt, coercere intra ſtatum & ordinem reliquorum. Cogere homines pro conſcribere, colligere, congregare, cogere meta, cogere fructus, id eſt, colligere, cogere radices pro concipere, Briſſ. coguntur ad fiſcum bona quæ fiſco vindicantur. *To gather, to make thicke, to claſp, to conſtraine, to conclude, to prove by argument, to ſet in order, to milke a Beaſt.*

Cohærarius, rii, m. qui cohæret, & alicui ad aliquod munus adjunctus eſt. Cohærarius, is, accipiendus eſt qui quaſi vicarius magiſtratui adhæret, quique fiduciarum habet copeam, quaſi adjunctus, ſeu legatus conſuli adhæret. *A Joint-tenant, a Joint-heire, a Joint-officer.*

Cohæreus, tis, συναρὴς. *Agreeing or hanging together.*

Cohærentia, æ. συνάψεια, σύναξις. *A joyning together.*

Cohærentiùs. adv. Gel. *More agreeably, fitly or aptly.*

Cohæreo, es, si, ſum, ere. à con & hæreo, συγκολλᾶμαι. Cohæret perſonæ conditio, inſula alveo, juriſdictioni imperium, matrimonio dos, monumento locus, ſolo fructus & ſuperficies. *To ſticke or cleave to, to agree or hang together, to love each other heartily.*

Cohæres, edis, com. gen. qui ſimul hæres inſtitutus eſt cum alio συγκληρονόμος. *A Joint-heire with another.*

Cohæreſco, is. Vide Cohæreo.

† Cohæredito, as, cohæro, as. συγκληρονομῶ. *To inherit together.*

† Cohæſa, à cohæreo, Gel. 15. cap. 16.

Cohaurio, is. *To draw together.*

† Cohibentia, æ, f. *A keeping under.* Vide Calv. Lex.

Cohibeo, cohibes, ui, ĭtum, ere, ex con & habeo, quaſi mecum habeo, retineo, inhibeo, reſtringo, ἐπέχω, κωλύω, κατασέλλω. *To keepe or hold in, to reſtraine, to keepe under, to forbid, to truſſe or tye up.*

Cohibĭlis, Gloſſ. *Eaſie to bee reſtrained.* Cohibiles, Gloſſ. Ifidor. conjuncti & concordes nuncupantur.

Cohibiliter, adv. *Briefely, Ap.*

Cohibĭlitio, onis, f. verb. κώλυσις, ἀπαγόρευμα. *A letting or forbidding to doe.*

Cohĭbĭtus, a, um. Gel. συνεσταλμένος, *Moderate, forbearing.*

† Cohinnio, is, ĭvi. *To neigh together.*

† Cohircinatio, onis, f. g. T. ex Apul. ſed non eſt inventum. hircina laſcivia.

† Cohivus, vi, m. *A roſe bud not fully blowne.* T. ex Jun.

Cohŏnĕſto, as. ex con & honeſto, ἐπιτερπῶ, τιμῶ. *To honour or commend, to amplifie, to make honourable.*

† Cohonestor, paſſ. *To be, &c.*

† Cohonoro, as. *To honour together.*

Cohorreo, es, ui, ere. φρίττω. *To be in great horrour or feare, to tremble for feare.*

Cohorreſco, is, ere, Suetonius, idem.

Cohors, cors, & chors, tis, f. gen. σπεῖρα, τάγμα, (à cohortando quod Tribunus eam ut ſequatur hortari ſoleat; vel quod ipſa ſe mutuò vel frequenter ad pugnam horretur. Iſidor. dicta vel quod coartet omnia quæ ſunt interiùs, id eſt, concludat, vel quod coerceat objectu ſuo extraneos, & adire prohibeat. Eſt autem propriè cohors peditum ſicut turma equitum, Var. cohors quod ut in villa ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam ſit unum, ſic hæc ex manipulis copulatur cohors quæ in villa dicta & appellata hoc nomine quòd circa eum locum pecus coerceatur. Lipſ. lib 2. de re Milit. Rom. cap. 4 dicta de manipulis à quibus conficitur, deinde cohors, ea vox origine Græcanica eſt, & χόρτος illis περιφραγμὸς καὶ περιχώματα (ſive ut Heſych.) περιβόλαι τῆς αὐλῆς, uno verbo quod clauſum & ſeptum in anteriore domo vel villa χόρτος illi dixerunt. Latini chortem vel cohortem, Aven. ex עיר Cari. Millenaria cohors quæ legionis erat caput, à millenario numero dict. quod pedites haberet mille, centum & qui nque, equites autem centum triginta duos. Cohors prætoria quæ Prætori aut Conſuli ſemper ad latus erat prætò dum in provincia verſaretur, Fung. ſciendum quamlibet legionem decem cohortibus conſtitiſſe. Cohors pro congregatione quotcunque hominum ponitur, item pro comitatu & ſatellitio magiſtratus. Dicitur & cors pro avium ſepto. Cohors etiam eſt

locus

locus cinctus parietibus quo gallinas, anates, &c. servare solemus, παρὰ τὸ χόρτον, à fœno, quod jacerent sæpiùs in herba sub dio cohortes militares.) *A Band of Souldiers, a company of men whatsoever, a traine or company of servants, a Guard or Garrison, a place where in Poultry is kept.*

† Cohortalinus, a, um. Digest. Vide Calv. Lex. Jun. *Pertaining to Cohors.*

† Cohortales, vide infrà.

† Cohortalis, le. adj. Cal. ut aves cohortales, id est, chorte nutritæ, cortalis. *Fed or nourished in a penne.*

Cohortandus, a, um. p. *To be exhorted or comforted.*

Cohortatio, onis, fœm. παράκλησις, παράκλησις. *An exhortation or encouraging.*

† Cohortatiuncula, æ. *A little exhortation.*

† Cohorticulæ, arum. *Small Bands of men.*

† Cohorto, pro cohortor, antiq.

Cohortor, aris, atus sum, ari, παρεγγυάω, παραινῶ. *To exhort, to encourage, to perswade.*

Cohum, hi, neut. lorum quo temo buris cum jugo colligatur, à cohibendo dict. Fest. Var. à cavo cohum cœlum pœtæ dixerunt à chaos, ex quo putabant cœlum esse formatum, vide Cuvum. *A thong wherewith the Oxe-bow or yoke is tyed together : also Heaven.*

Cohortales, sunt Apparitores & officiales perpetui præfidum, provinciarum, quibus manfionum equorum cura plerunque mandabatur, Cal. cohortalium nomine intellig. omnes qui tanquam accessiones & adminicula quædam sunt cæterarum dignitatum, Cal. Cohortales cohortibus adscripti, cohorti obnoxii. Briss.

Coibilis, le, adj. *Which hangeth together.* Gel. lib. 16. cap. 19. Coibilis oratio.

Coibiliùs, adv. id est, aptiori cohærentia, Apul. in Apologia, Cal.

Coiens, entis, part. à coeo. *Joyning or comming together*; ut ripæ vadi coeuntes, id est, vadum angustum, Sil.

Coincidentia five intercidentia est cum aliundè in aliud vas humor fluit.

† Coindicantia, medicis dicuntur quæ in morbis primæ, præcipuæque indicationi consentiunt, Gorr. Coindicantia sunt etiam quæ præter proprias cujusque morbi indicationes circumstantias considerant, ut ætatem, anni tempus, consuetudinem, &c.

† Coinonia, κοινωνία, societas, communio.

Coinquio, vel coinqueo apud Fest. coinquire, deputare, ubi Scal. suspicor coinquare decubare, à quo conquinisco.

Coïtio, onis, f. g. à coeo, συνουσία, σύναξις. *Assembling, consideracy, a commotion; also carnall copulation, a conspiracy.*

Coïturus, a, um. p. Ovid. *About to, &c.* Vide in Coeo.

Coïtus, us, m. verb. ὀχεία. Coitus, id est, conjunctio, vel concubitus. *Carnall copulation, a lying together, a comming together.*

† Coitus, ta, tum. part. Digest. *Assembled or come together.*

† Cola, æ, f. εἴθμις. Vide Colo, as. *A strainer.*

† Cola, f. dic. in homine longiora & majora membra à thorace separata & quasi dependentia, ut brachia & manus, Latinè dicuntur artus, dicuntur & cola ossa nariun, vide Ithmoides.

† Coix, icis, f. κάϊξ, genus stirpis, item vas farinarium, V. Cal. *A basket, a kinde of Osiers; also a kinde of Vessell*

† Colaphizo, as. κολαφίζω. *To buffet.*

Colaphus, phi, m. Plaut. κόλαφος, à κολάπτω tundo. *A blow given with the fist.*

† Colana, æ, f. Græc. *Flattery, fawning speech.*

† Colaris, is. κόλαπις, Avis quam rapit ἀιγόλιος, id est, ulula, & aliæ aves, uncis unguibus, Arist. *A certaine bird.*

† Colasis, κόλασις punitio. *A kinde of correction or punishment.* Coop.

† Colaticus, a, um. ex colo, as, unde colaticus lapis, Isid. orig. 16 4 *A certaine Stone.*

† Colatoria ossa sunt narium foraminulenta & cavernosa ossa, quæ à cribri similitudine ithmoides dic. quod per ea superflua cerebri excrementa evacuantur.

Colatorium, ii, n. *A vessell full of little holes in the bottome to strain a thing through, a strainer,* &c.

Colatum, ti, n. *A wine vessell.* Isid.

† Colatus, a, um part. à colo, Pl. *Strained.*

† Cólax, acis, Græc. κόλαξ, adulator, qui cibi causa adulatur, à κόλον cibus. *A flatterer.*

† Colchicum, bulbus est agrestis, officina hermodactylon appell. Cal. ex Dioscor. ex Cholcide ubi nascitur.

† Colcata cuspis apud Non. à Pom. dici videtur pars illa quæ via est, nec honestè potest nominari conspicio inquit coleatam cuspidem, ex Cal.

† Colema, n. Gloss. *An Ointment wherewith Wrestlers doe annoint themselves.*

† Colena, f. Gloss. *An herbe like Origanum.* D.

Cŏlens, ntis, participi à colo, λατρεύων. *Religious, devout, worshipping, tilling.*

Coles, is, Celsi. καύλος scapus, thyrsus, & per metaphoram hominis pudendum, virga membri virilis ubi dependent coles, alii à κωλίας loco Atticæ ubi Venus colebatur, alii à κωλὸς, vide Coleus. *A mans yard.*

Coleus, i, m. κολεὸς, Græcis est vagina, Latinis est testiculus, à cole dicitur, & culeus apud Mart. ὄρχις, Per. ex colendo quòd mulieres pubem colant. *A mans or beasts stones the coddes.*

† Colia, æ, f. Her. κολία, instrumentum fossorium, genus choreæ. *A kinde of Dance.*

† Coliacus morbus. *The Collicke.*

† Coliandrum, idem quod Coriandrum.

† Colias, κόλιας, Plin. monedula piscis, Ach. *Bastard Tuny, thought of some to be Mackrell.*

Colica dispositio est morbus plenioris intestini diuturnus, in quo cruciatus intolerabiles, difficultates spirandi, sudores, perfrictionesque subeuntur, vide Stup.

Colice, es, vel Colica, æ, fœm. gen. Scrib. κολικὴ νόσος. *The Collicke.*

Coliculus, li, m. g. dim. à colis, Var. καύλιον. *A little stalke or tender branch.*

Colicus, a, um. Plin. ut Colicus dolor, κολικὴ ὀδύνη, in intestino colo. *Pertaining to the Collicke.* Vide Cholicus, a, um.

† Colicophagi, vide Colix, Cæl. 9. 16.

† Colimbus, m. Gloss. *A Conduit pipe.* T.

† Colina, μαγειρεῖον, antiqu. pro culina à colendo ibi ignem, vel colina quasi coquina dicta quod ibi coleretur ignis locupletior, vel à calendo, quod calor ibi sit. *A Kitchen.*

† Coliphium, κολίφιον, panis quo athletæ utebantur quod κῶλα, id est, membra, ἴφια, id est, valida vel robusta redderet, vel ἀπὸ τῶ κολιὸς. Coliphium, ἀπὸ τῶ κῶλα καὶ ἴφι, à robore membrorum. *A kinde of Bread that Champions and Wrestlers used.* Juv.

† Coliria, f. Gloss. *A swelling or kernell in the thigh,* T.

† Colirida, f. g. Gl. *Bread made in forme of a triangle.* Vide Collyrida.

Colis

Colis,is,m. Var. pro caulis καυλὸς, κλῆμα. *A tender stalke or branch in Vines or herbes.*

† Colitor,dom. fund. Acer. ex Iſid.

† Colla, æ, ſ. g. κόλλα, gluten & fragmenta coriorum ex quibus excoquitur colla. *A kinde of glue or ſoulder, alſo a kinde of Sacrifice.* Gl.

Collăbaſco, ex con & labaſco. Plaut. συνολισθαίνω. *To be ready to fall, to ſtagger.*

Collabefacio, ex Con, labes. & facio. *To breake, to deſtroy, to waſte.*

† Collabefactio, onis, ſ. *A decaying.*

Collabĕfacto, as, Ovid. λυμαίνω. *To corrupt, to deſtroy, to empaire, to caſt downe, to feare from his purpoſe.*

Collabĕfio, is, ieri, Cæſar. κατακλύομαι. *To be beaten downe to the ground.*

Collabello, as, à con & labellum Lu. labella adjungo. *To kiſſe on the lips.* Laber apud Non.

† Collabi, Celſ. ſpecies placentæ, κόλλαβοι. *The pinnes of a Lute or other like Inſtrument.* v. Collabus.

Collabor, ĕris, pſus, ſum, bi, Plaut. συμπαίζω, συναλισθαίνω. *To ſlip, to ſtumble, to fall downe.*

† Collabus, κόλλαβος, ſverticulus, ſeu clavicula, quâ fides in citharaquaſi glutino colligantur, vertuntur & intenduntur, à κολλάω glutino. *The pinne of an inſtrument as of a Lute, &c.*

Colliccĕro, as, ăre, Tac. *To teare in pieces.*

Collachrymatio, onis, ſ. g. Var. ἐπιδάκρυσις. *A weeping or wailing with others.*

Collăchrymo, as, & Collachrymor, aris, πρασαναλαίω, συνοδυρόμαι. *To lament with others.*

† Collectanea, æ, ſ. g. Dig. *A foiler ſifter.*

† Collactaneus, ſeu collacteus, a, um, Mart. à con & lac, ὁμογάλακτος, συγγάλακτος, qui ejuſdem mammis eſt nutritus. *One nurſed with the ſame milke.*

† Collacto, as, & collacteo, es, Gl. *To give ſucke.*

† Collator, aris. *To rejoyce together.*

† Collambo, bis. *To licke together.*

Collapſus, a, um, p. à Collabor, συμπεσών, συναλισθήσας, collapſus dicitur is cui præ dolore concidit animus. *Slid, fallen downe, diſcouraged, faint.*

† Collaqueo, æs. *To entangle together.*

Collare, is, n. Var. à collum, vinculi genus quo canum colla aſtringuntur, quod mellum vocavit antiquitas. Non. Vinculi genus quo collum aſtringitur. περιτραχήλιον, ἐκδέρματον. *A collar for houndes or other Beaſts, a band.*

Collaria, æ, ſ. g. Plaut. ferrum rotundum quo conſtringuntur colla malefic orum, κίρκος. *A collar of iron that men are bound with.*

Collaris, re, ad. *Of or belonging to the necke.*

† Collarium. *A cloath to wipe the eies with.*

† Collaratus, a, um. *Enlarged, amplified.*

Collateralis, le, adj. Collaterales ſunt conjuncti à latere vel ex latere venientes. Calv. *On the ſide or oppoſite. collateralll.*

† Collateraneus, confida.

† Collatenſis. *A companion, friend, or fellow.*

Collaterales dicuntur, qui ſe adjungunt vel ſibi attinent tranſverſaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam aſcendentem vel deſcendentem, ut conſanguinei, vel conſimiles. Caius ex tranſverſo ſive à latere vocat, dicuntur etiam collaterales generaliter omnes æqualiter, quaſi lateribus conſidentes. Collateralium ordo incipit à gradu ſecundo.

† Collatero, as. *To joyn ſide by ſide.*

Collatina porta Romæ à Collatia oppido, v. Feſt.

Collatio, onis, ſ. g. verb. à confero, φέρω, ἐισφορὰ. Collatio eſt bonorum inter fratres ſororeſque facta ſucceſſionis cauſa contributic. Collatio bonorum eſt contributio certæ partis bonorum inter fratres, propter paternæ ſucceſſionis rationem. V. plura apud Calv. *A joyning or coping together, a taske, a comparing, a benevolence.*

Collatitius, a, um, Sen. συναγώγιμος, συναγώγιμος. *Done by conference or contribution of many.*

Collativum, vi, n. Feſt. ſacrificium quod ex collatione offertur, Feſt. collativum ventrem, magnum, turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia conferuntur. *A Sacrifice made of many mens offrings together, alſo a Benevolence of the People to the King: alſo a ſwelling in the belly.*

Collativus, a, um, Plaut. συμφόρητος, collatitius, quòd à pluribus collatum eſt. *Heaped, made large, mutuall.*

Collato, as, i. amplio, unde collata & diffuſa oratio, αὐξάνω. *To make large or wide.*

Collător, oris, m. verb. Plaut. ἐρανιστὴς, συμφορεύς. *He that lyeth his portion with others, that briageth his part, that payeth tribute.*

Collatro, as, ex con & latro. leg. & delatro, relatro, ſublatro. *To barke together.*

Collatus, us, maſc. Hirt. συμβολὴ. *Largeneſſe, a comparing.*

Collatum, idem.

Collatus, a, um, p. συμφορηθείς. *Aſſembled, given, employed, compared brought, ſent, pitched one over againſt another.*

† Collaudabilis, le, Vide laudabilis.

Collaudatio, onis, ſ. g. ἐγκώμιον. *Praiſe or commendation.*

Collaudatus, a, um, particip. ἐγκωμιασθείς. *Praiſed or commended.*

Collaudo, as, ἐπαινῶ. *To praiſe with others, to ſpeake well of.*

Collecta, æ, ſ. ἀμφαλὸς, ἄργυρος, pecunia quæ à pluribus colligitur. *A gathering, a ſhot or reckoning, a taxe.*

Collecta, æ, fœm. gen. collectæ dicuntur quia neceſſarias orationum petitiones compendioſa brevitate colligimus ſive concludimus. *A collect, a ſhort Prayer: Alſo the ſame that Collectio: Alſo a taxation,* Acerd.

Collectaculum, n. Gloſſ. *A gathering together.*

Collectanea, orum, & collecta hoc eſt ſcripta quæ ex pluribus excerpta in unum lecta ſunt, ὑπομνήματα, ἀναλέκτα, Gel. *Things written, or gathered together out of many Works, Notes.*

Collectaneus, a, um, Plin. συλλογισμαὶ. *Gathered and mingled of many things.* Quint. *That gathereth or noteth out of diverſe Works,* quod colligit.

† Collectarius, ii, m. Acron quoque collectarios pro coactoribus argentariorum, Horatius. ἀργυρομισθωτὸς, χέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀλλασσόμενος. *An Vſurer or Collector, a Banker.* V. Argentarius.

Collectè, & Collectim pro ſuccinctè, Sipont. *Briefely, compendiouſly.*

Collectio, ōnis, fœm. gen. συλλογὴ, συγκομιδὴ. *A gathering together, an impoſture,* Plin. *A concluſion or reaſon.* Sen.

Collectitius, a, um, συλλεκτικὸς, *Gathered of all, or many ſorts.*

Collectivus, a, um, συλλεκτικὸς, *Collective, that is gathered together into one.* Collectiva medicamenti facultas eſt quæ ulcera & vulnera glutinat. item Collectiva inæqualitas pulſuum quæ ex inæqualitate pulſuum eſt conflata.

† Collecto, as, freq. à colligo. *To gather together.*

Collectum, ti, n Plin. *That which is gathered together.*

Collectum pro brevi, Acer. ex Tertul. 1. Cor. 7. tempus breve eſt. Tertul. tempus in collecto eſt.

Collectus, a. um, part. à colligor, συλλογισθείς. *Gathered together, recovered, encreaſed.*

Collectior, comp. *More knit.*

Collĕga, æ, m. collegæ συνάρχοντες

dict. quod simul lecti sunt, id est, creati. Var. Isid. à colligatione societatis, alii quod in legatione & magistratu sunt socii, al. à con & lex quod iisdem legibus aliquid agant. Collegæ præsidum, sed & comitores concuratoresve collegæ appellantur, item & cohæredes collegæ dicuntur, item qui in eodem collegio sunt, Calv. *A fellow, Companion, or Copartner in Office.*

† Collegatarius, Digest. Collegatarii sunt quibus conjunctim legatum est. *A partaker of a Bequest or Legacy with another.*

Collegarius, v. Collega.

Collegatus, a, um. *Sent with others.*

† Collegialis, le. *Belonging to a College or Society.*

Collegiati artifices dict. quod in Collegia seu decanias distincti essent, Cal.

† Collegiatus, a, um, Isid. Collegiati dict. quod ex eorum Collegio deputentur qui facinus aliquod commiserunt. *Of the same company of offenders,* Isid. Collegiati erant certis civitatum Collegiis ascripti, collegiati item artifices dicuntur, quod in collegia seu decanias distincti essent.

Collegium, ii, neut. gen. συνέδριον, σύλλογος, ἔνωσις cahal, à. Collega quod significat societatem Collegarum, vel à Colligendo, quia multi sunt collecti. *A company of them that have equall authority, a Company of one Mystery or Craft, fellowship in Offices, an assembly, an assembly of Colligues, a Colledge.* Item Collegium congregationem & societatem quorumcunque hominum significat. Collegium, corpus, Universitas, Conventus, Collegium celebrare, usurpare, in Collegio recipi, à Collegio recedere, dissolvi Collegia jurisconsulti dicunt. *Also the yeare and time of such a Society.*

† Collego, is, id est, similiter legere. *To reside together, to gather with others.*

† Collego, as *To bind together.*

† Collenio, is, Hygen. *To soften or make gentle.*

Collévo, as, Plin. συνεπινεφόω. *To lift up, to mitigate, to lighten.*

† Collicrina, æ, form. gen. *A Peece of Ordnance called a Culverving.*

† Collianorum, publicanorum vel impiorum. v. Isid. V. Ancollybariorum, &c.

† Collibentia, æ, f. Gloss. *Willingnesse,* Cat.

† Collibero, as. *To make free together.*

Colliberti, ti, m. g. Plaut. (Colliberti, συναπελεύθεροι, dict. qui ab eodem Domino cujus servi fuerunt libertate donati sunt) *He that is made free by the same Master.*

† Collibescentia. V. Collibentia, Cat.

Colli'bet, vel Colluber, Plaut. συνδοκεῖ. *It liketh, it pleaseth.*

† Collibista, æ, qui recipit vel dat Collibia. *That selleth or provideth,* Collibia. Cat.

† Collibium, bii. *A little Gift, Apples, Nuts,* idem dicitur bellarium. *Also a kinde of Money.* vel tota pecunia simul Collibrata.

† Collibo, as. *To taste together, or with others.*

† Collibro, as, simul librare. *To make even.*

† Collibrum, bri, n. g. est genus pecuniæ, vel tota pecunia collibrata, Stat. Cat.

Colliciæ, arum, f. Fest. sunt tegulæ per quas aqua in vas defluere potest, solent & in agris humilioribus colliciæ constituti, per quas aqua in fossas elicere tur, Col. colliquias vocat, Plin. 18. 19. σχιστοὶ σωλῆνες. *Gutter-Tiles, or Pipes, or Troughes, to convey water.*

† Collicinus, ni, masc. *A Dagges Collar.*

Colliculum, idem est quod nympha; nempe caruncula membranosa ad fissuram colli matricis exorta, V. Stup.

Colli'culus, li, m. Apul. λόφιον, γεώλοφον. *A little hill.*

Collido, is, si, sum, ĕre, ex con & lædo, συμθλάω, συντρίβω, συγκρούω. *To knocke or bruise together.*

† Collifana, plur. πρόβατα ἱερά, Collofani, m. v. Holocaustum, *Sheepe kept for Sacrifice.*

† Colligamen, Colligamentum, ti, n. g. *A knitting together.*

Colli'gātio, onis, f. verb. à colligo, συνδεσμός. *A joyning together, a knot or band.*

Colli'gātum, ti, n. g. τὸ δεθέν. *A thing that is bound together.*

Colli'gātus, a, um. part. συνδεθείς. *Bound together, fastened.*

Colli'go, as, ex con & ligo, συνδέω. *To tie together, to comprehend, to wrap up, to represse, to take away.*

Colli'go, is, ēgi, ectum, ĕre, ex con & lego, συλλέγω, συγκομίζομαι. *To gather together, to reckon, to rehearse, to count, to recite, to conclude by reason, to purchase, to heape up, to come to himselfe, to gather heart, to receive, to trusse up, to fore-cast, to understand, to take up.*

† Collimātio, onis, fœm. *Aime or levell.*

† Collimbris, fœm. gen. *A Dukker, or Didapper,* Cooper. Vide Colymbris.

† Collimino, as. *To prepare.*

Colli'mi'tāneus, a, um, adject. Solin. *Bounded or bordered.*

Colli'mi'nium, ii, n. συμβολιμαῖος, coitio liminum, Solin. *The meeting of Bounds.*

Colli'mi'tor, aris, ex con & limitor, ὁμορῶ. *To bound or border one upon another.*

Collimo, as, ex con & limes, στοχάζομαι, ἐνστοχάζω, obliquè & quasi limis oculis aspicio, collimare oculorum est proprium, quum eos in angulum detorquentes, obliquè aliquid aspicimus, penitusque in rem aliquam defigimus, quemadmodum sagittarii solent, cùm aliquid sibi ad ictum designant.) *To winke with the one eie and looke straight on the marke with the other, to hit or levell at the marke.*

† Colli'mi'tium, ii, à limite, limitum coitio, v. Colliminium.

Colli'no, as, στοχάζομαι, ἐνστοχάζω, à linea, id est, ad rectam lineam me dirigo. *To levell at, or hit the marke.*

Colli'no, is, ivi, & Collino, is, ini, ivi, & evi, itum, ĕre, ex con & lineo, vel lino, Col. καταχρίω, συναλείφω. *To rub or fret together as in anointing, to daube over, to defile.*

Collinus, a, um, Col. ὁ ἐν τῷ βουνῷ. *Belonging to a hill.*

† Colliphia, pan's cum recenti caseo commixti, Pl. Vide Coliphium.

Colliquans, v, Colliquo.

Colliquatio, ōnis, f. g. Æt. *A melting, a dissolving, a dangerous flux, a scowring,* v. Anastæchiosis.

† Colliquesco, es, Vlp. *To melt,* Varro.

† Colliquarivus, idem quod Colliquans. Gor.

Colliquefacio, is, eci, ctum. *To melt, to dissolve.*

Colliquesco, is, ĕre, Col. *To melt, to begin to melt.*

† Colliquiæ, v. Colliciæ.

Colliquo, as, à con & liquo. *To consume, to melt.*

Collirium, ii, n. *A medicine that is ministred in a liquid forme to heale the eies,* v. Collyrium.

Collis, is, m. minor mons, à κολωνὸς & κολάω, à colendo dict. posteaquam superiora loca colere cœperunt, à colendo colles appellârunt Var. alii à collo quod colles sunt tumuli editiores in terra, sicut collum in corpore animalium, m. βουνός, colles κολῶναι. *A little hill, a hillocke, also the standing of the shoulders or such like, also the rising of the backe on each side, the backe bone.*

Colli'sio, ōnis, f. Verb. à Collido, πρόρρηξις, συγκρουσμὸς, συγκρουσις. *A breaking, bruising, knocking, or dashing together.*

† Colliſtrigium,

† Collistrigium,ii,n. *A pillory*, à stringendo collum.

Collisus,a,um.p.Hor. *Beaten.bruised,squeezed together.*

Collisus, us, mascul. gen. verbal. Plin. *A squeezing, dashing or beating together.*

†Collitiæ, mendose, pro Colliciæ.

† Collito, Gloss. *To place on an Hill*, Item collito, as, simul litare, Cat.

† Colliveo,& colliviesco, similiter liviescere.

† Collix, κόλιξ, species panis rotundi, subcinericius panis, item origanum.

† Collixo, as. *To boile or seeth together.*

† Collobium, ii, n. genus tunicæ, quo antiq. Romanorum utebantur, sic dict. quod sine manicis erat, & mutilatum,nam κόλλοβον vitiatum, & mutilatum signif. *A kinde of coat.* v. colobium.

† Collocasia, orum, Vide Colocasia.

Cŏllocātio,ōnis, fœm.Verbal. θέσις, τάξις, σύνταξις.*A placing, setting, or disposing of things*, a bestowing.

Colloc̆ātus,a,um. part.. *Placed or bestowed.*

Colloco, as, avi, ex con & loco, τίθημι, καθίστημι. *To place, to set, to put,to assigne, to employ, to appoint.*

Collocupleto,as, ex con & locupleto,Terent. πλουτίζω. *To enrich, to make rare rich.*

Collocutio, onis fœm. Verbal. συνομιλία. *A communication, conference, or talking together*, scrib. & colloquutio.

† Collones,Gl. *Great ships, or vessels for Colones.*

† Collops,κόμμι, est corium durius in cervicibus boum, aut etiam ovium, quia est materia κόλλης,id est glutini,hinc etiam collopes κόλλοπες dicuntur exoleti pueri & lenones propter vultus truculentiam,vel morum pervarsitatem. *Also pins of a Lute or harpe.*

Colloquium,ii,n. κοινολογία, συνομιλία, διαλογισμός. *Talke that men have together,a conference.*

Colloquor,eris,utus,sum,qui, συνομιλῶ. *To talke, to speake with, to conferre.*

† Collorico,as simul loricare,leg. & elorico.dilorico, prælorico, illorico,relorico,comp. ex lorico.

† Collostratus,collostrati,ex stratus & collum,v.Colostratus.*Children sucking their first milke of their mother after they be borne.*

† Collubia, & collubias, sunt qui pro bellariis interpretentur,al.apud Plaut. leg. coludra, quo nomine sicos maturas accipiunt Græci, Cæl. 30. 18.

Cŏllūceo,es,xi,ere,λάμπω,φαίνω. *To shine or give light,to glister, to bee evident.*

Colluco, Col. à con & lucus, ramos lumini officientes amputo,atque ita facio, ut arbor & sylva colluceat, seu lucida sit, vel lucum (scilicet profanum) incido, Fest. colluscare dict. cum profanæ sylvæ tam deciderent officientes lumini, profani, ait Scal. quia luci Sacri erant incædui, κλαδῶ, κλαδοτομῶ. *To make a glade in a wood,to top trees.*

Colluctatio,ōnis, fœm.verbal. Col. συμπάλαισμα. *A wrastling with a contention together.*

Colluctor, ātis, pass. συμπαλαίω *To wrastle or struggle together.*

† Colludio,ōnis, fœm.gen. Gloss. & colludium,ii, n. gen Sol. n. συμπαιγνία, *A playing together,collusion, deceit.*

Colludium, Isid. eludium. Tertul. in ludium.Sidon.l.1. Ep. 2. sine colludio evadit.

Cŏllūdo,is,si,sum. ĕre, ex con & ludo συμπαίζω.*To play together*, also *to plead by covin to the intent to deceive, to cheat.*

† Collugeo, & collugesco, id est, simul lugere.

Collulum, li, neut gen. *A little necke.*

Collum, li,neut. gen. τράχηλος, δειρὴ (ex χάλον καθ' ὑπεροχὴν, quia capitis fulcrum aut basis. Bec. al. quod sit sustentaculum, & quasi capitis columna,al. à cultu quod torquibus aliisque ornamentis ornetur, al.à colle quod assurgat ab humeris collis in morem. *The necke.*Collulum, diminut.

† Columbar,vel Columbarium aris, (collumbar, si leg. à collo Plaut. Nam in collumbari collus haud multo post erit) si à columbar forrè à foraminibus in quibus nidificant Columbæ. *A Pillorie.*

† Collumbia, orum, subst. & columbiæ,arum,idem quod bellaria.

Collumellares, rium, m. *Chicke teeth.*

† Corymbion, κορύμβιον, herba est quam Dioscorides κισσοειδες καρπὸν vocat appell. *Also a Perewig of haire, or a Coronet.*

Corymbites, tithymalli species, Plin 26. 8. *A kinde of Spurge.*

Corymbus, bi, m. g. κόρυμβος. *A berry of Ivie or other like, the stemme of a ship, the fruit of the hearbe* Chrysocoma, ex καρὸς Eustat. derivari scribit. *The top or toe.*

† Corynephoros, κορυνηφόρος, ex κορυνὴ clava, & κέφω. *He that beareth a club.*

† Coryphana, æ, f. Hesyc. *A kinde of fish.*

† Coryphe, Jun. κορυφὴ, vertex, vide lex. græc. *The height of any thing, the inward tops of the fingers next to the nailes.*

Coryphæus, æi, gr. παρὰ τὴν κορυφὴν, id est, à vertice capitis, Suidas κυρίως τὸν πάντων ἡγεμόνα exponit. *The chiefe or principall.*

† Corythia, quæ & colycia, ex genere muricum sunt, Plin. 32. 7. oris habitui conservando præcipuè idonea, alterè colycia dicuntur.

† Corythion, n. Hesyc. *A rocke.*

† Corytus, ti, gr. κορυτὸς χορυτὸς, παρὰ τὸ χεῖν τὰ βέλη, i. ἐλκυστικὸν quia χορυτὸς Etym. Hom. Vulg. *A bow case or quiver.*

† Coryza, æ, f. Celf. *The pose or distillation of the head into the eyes, or nose,* κόρυζα, Cel 11. 2.

Costis, fœm. (Fest à græc. κόστος à cautes, undè petitur, cos nomen accepit, quod ferrum ad incidendum acuat: Cos Græco sermone incisio nominatur, al. qu. aces ab acuendi officio. *A whet-stone or grinde-stone.*

† Cosa, causa, Barba.

† Cosabus, hi m. Hesyc. κόσαβος poculum κότυλος. *A kinde of cup used in banqueting.*

† Cosambi pro corambi, Var.

† Cosaullæ, pro corollæ Var. Scaliger.

† Coscinomantia, κοσκινομαντεία, Pollux. divinationis genus quod fit per cribrum, ex Cal.

† Cosmarea, æ, m. Chrysost. κοσμάρχης, ἡγεμὼν ἀρχῶν Princeps mundi. *The Divell, the Prince of the world.*

† Cosmarchia, æ fœmin. g. Chrysostomus, κοσμαρχία. *The power of the Divell, the government of the world.*

† Cosmarius, m. g. *The Lord of the world.* Cosmarchus.

† Cosmeta, æ. com. gen. κοσμητὴς, compositor, ordinator, cosmetæ, qui ornamentis præsunt. *Hee or shee that keepeth the mistresse wardrobe, a Chamberer, an Appareller.*

† Cosmiana unguenta. *Very sweet oyle or ointments.*

† Cosmiaticus. *Hire paid for riding post, or to the post-master.* Ac.

† Cosmicus, a, um. κοσμικὸς, à κόσμος mundus. *Of the world, or worldly,* Mar.

† Cosmitto, pro committo. M. vertentes veteres dixere.

† Cosmius, a, um, adject. κόσμιος, unde cosmianus, a, um. id est, ornatus.

† Cosmographia, æ, f. κοσμογραφία, à κόσμος mundus, & γράφω describo

The description of the world.

† Cosmographicus,a,um. *Pertaining to Cosmographie.*

† Cosmographo, as. *To discribe the world.*

† Cosmus,i. masc. ul. κόσμος, ab ornatu, ut mundus à munditia. *The world.*

† Cosmus jumentum significat apud barb Gr. Ac.

† Cosmographus, i m. κοσμόγραφος. *A Cosmographer.*

† Cossa, pro coxa veteres dicebant, inde Cossigerare Accio, pro in coxam aggerare,& attollere.

Cosses à Plinio vocantur Vermiculi in ligno nascentes, lib.3. 13. vide Cossus.

† Cossicus,a, um. *Belonging to the art of figurative words.*

Cossigerae e, ordine porcas bidenti ferro tectas diruere, formatum verbum ex Cossin & aggerare.

† Cossilires, & cassilires, prius sic vocatiignavi,qui per vias urbis otiosi incedunt varie & lentis passibus, metaphora ab aratoribus, qui porcas in agro faciunt, oportet n. eos pedes ambos In sulcis seu liris, & porcam in medio habere,ut necesse sit varicitis incedere quod dicebantur cossim lirare, unde cossiliris, cossim pro coxim. est varicitus. V. Non Scal.

Cossim,Apul 3. complicitis pedibus & palmulis inter alternas digitorum vicissitudines super genua connexis, sic grabatum Cossim insidens ubertim flebatur. M. legit coxim. *On both the laps.*

Cossus, si.masc'.gen plural cossi,masc.Pl. τηρῆλαι, σκωλῆκες, ξυλοφθεῖρες, vermis qui in ligno nascitur, m. à κοσσύφω,vide cusus.per metaphor. rugosi corporis homo,à similitudine vermium ligno editorum qui cossi appell.Fest. Plin.lib. 17. prægrandes roborum vermes delicatiore sunt in cibo (cossos vocant) atque etiam farina saginati,lib. 11. 55. *A worme that breedth in the wood. also one that hath his body full of wrinckles:* Fest. vox exotica.

Costa,æ.f. Isidor. costas appellari quidam putant, quod ab ipsis interiora custodiantur, ut tota mollities ventris vallata servetur, idem Isid. costæ qu.conjunctæ axes,costa, πλευρα. Crates pectoris, costa dict. quod sit custos corporis, seu quòd corpus iis constet ut firmum sit, idem ex costo, quod corpus iis sit constatum, Ma. à co & os. ut sit os offi resondens,vel ex ὀστέον, os, leg. Costum. & costus.ti. *A ribbe.*

† Costarium,ii,n. Gal. *The place where the ribs are.*

Costatus,a, um. Var. *Which hath ribs.*

† Costella sive costula,æ, f. dim. à costa. *A little rib.*

† Costri,m. Gal. *The king among Bees.*

† Costrus vel castrus. *A General of a campe.*

Costum,ti,n.vel costus,ci,fœm.gen. Hor. *Commonly called* herba Mariæ. Costum est radix herbæ in India, Arab. & Syria nascentis, jucundi odoris,Dioſc.1.Plin.12,12.Isid.Lib. 17. cap.9.Brisl.ex Calvin.

Costuma signif. *Custome.* Acerd.

† Costus, κόστος, Mar. ex Arab. κόφτ cust, el ex κυφτ costht Heb. est genus aromatis.

† Cosymbæ, fœm. gen. Poll. *The knot of the haire tied at the top of the head.*

† Cotana. v. cotona.

Cotaria,f. g. Digest. locus unde eruuntur cotes, τόπος ἀφ' οὗ αἱ λίθοι ἐξορύσσονται, al. scrib. cotoria. *A quarry, out of which whetstones are drawne.*

† Cothon,ônis, m. Ser. & cothonum,ni,neut. Onom.cotones,λιμένος apud Fest. Catones appella. portus in mari interiores arte & manu facti, ex κώθων poculum, vel ex puop katon,ob brevitatem. *A port or haven made by art,a key or whasfe.*

† Cothurnarius,a, um.ad cothurnum pertinens, unde cothurnarius stylus *A lofty stile,a tragicall style.*

Cothurnatus, a, um. ὁ κόθορνον ὑποδήμενος, Ov. *That weareth buskins or pantofles,that writeth in a high style tragically.*

Cothurnus,ni, m. κόθορνος, Poll. κοθόρνοι ἐμβάδες, ὑποδήματα τραγικά, vide Etym. genus calceamenti utrique aptum pedi, ideo homo versatilis Metaph vocatur cothurnicus. Cothurnus dic. à κεύθειν ἱστίονον occultare investigationem. *Because they were for both feet.* Cothurnus, κόθυρος caudam absondens, κοθύραι vulpes.Cothurnarius stylus.id est tragicus. Ammian. M. *A fashion of buskin which commeth over the calfe of the leg,a pantofle: also a tragedy, a lofty or high style.* Etym. *call th it a womans shoe, or buskins foure squre, &c.*

† Cotiarius,ii, m. famiator, ἀχονάτης, Gloss. qui cotem acuit Gl. *He that maketh knives sharpe.*

Coticula.æ,fœmin.gen. diminutiv. á cos Plin. βάσανος. *A touch stone, a little whetstone, a little grinding stone.*

Cotidianus,& cotidie,vide quotidianus.

Cotidie per e.& non quotidie per q.debere scribi & Quintilianus est autor,lib. 1 de Orat. institut. Victorinus lib. de Orthographia. Angelus Politianus, Laurentius Abstemius, & Ludovicus Bonog. & Nebriss. Calv. Vide quotidie.

† Cotina, æ, fœmin. gener. corruptè pro cothona, à κώθων poculum. *A cup.*

Cotinus,ni.m. g. κότινος. Oleastri genus quo Olympionicæ coronabantur, φλοιὸς ὑφάνου,est & frutex conchylii colore insignis, Plin. Lib.16.c.18. *A kinde of wilde Olive, also a kinde of Sumach.*

† Cotisco, as,cotem seco.

† Cotona,cotiona,vel cotrona,M. à Cotone urbe appellata,al. cotanea, vel coctanea,vel cottanea. *A kinde of figges.*

† Cotonaria, fœmin. *Chaffwood, Cudwort.*

† Cotonea,æ, fœmin. *An herb so called of the Venetians,which the Gauls call* Halum, σύμφυτον, πτερίδιον, Plin.lib.26. cap. 7.

Coroneus,a,um. & substantiv. Cotoneum,ei,id est, malum cotoneum, Græci κυδώνιον, ex Cydone Cretæ urbe, unde primum advectum. nam Cotoneorum nomen à Cotone profectum primum putatur. *A Quince Peare.* Plin.15. Vide Cydoneus.

† Cotoria,æ,form. Alph. *A quarry of flint.* Vide Calv.

† Gottabria,æ,f. Pol. *The play of* Cottabus.

Cottabus,bi,m. gen. Græc. Plaut. κόττηβος, vel κότταβος, Hesych. κότταβος, σκεῦός συμπεπηγὸς ἐφ' ᾧ τὰς λατάγας ἔβαλλον ἐριζοντες, unde κοττάβρίζειν. Cottabessare vinum ex poculo cum sonitu rejicere, M. à κόττου plaga, & ζέω clamor, κόαπο pro ζοπὸς, est credo,pulso. Cottabus, larex,id est, ærea phiala quam inter comandum potabant vini plenam (*A flagon*) deinde in parva pocula conjicientes de alto projiciebant (βάπτειν) ut strepitum ederent, qui cottabus vocabatur. Cottabus : *A brasen vate which at the end of a banquet they sit upon the table full of wine, and lifted it up on high,and so powred it into a bowle, that it might make a great sound or noise: also the sound or noise it selfe is called* Cottabus : *also the* Præmium *that was given to the victor was called* Cottabus. Cottabrum lusus. *A play or game which they had in pouring wine in this manner, and making it sound when they were well drunke.* Plautus setmith to call the sound that the lash of a whip maketh when one is whipped Cottabus. V. Athen. Pollux. Suidas, Etym, &c, vox fictitia à sono.

† Cotranum, Plin. lib.14. cap. 5. Mart. Epigram.28 lib.13,voces peregrinæ valde corrumpi solent, Vide de Cotona. *A kinde of small figges.*

Cotula,æ, fœm. gen. August. *A little whetstone.* Cotula alba. *Wilde* Cama-

Cummill. Cotula fœtida, κυνάνθεμις, κυνοῤῥοδωτὴ. *Stinking Cammomill.* Vide Cotyla.

† Cotula, pro mensura, vide Cotyla.

† Cotum gossypium, ex ϸϸϸ catan, quia subtilis lana, *Cotton.* al. scrib. cotum.

Coturnium vas, quasi gutturnum quo in sacrificiis vinum infundebatur: Fest. Scalig. *A kinde of vessell.*

Coturnix, icis, f. g. Fest. & Ov. Ibid. Coturnices à sono vocis dict. quas Græc. ὄρτυγας vocant, eo quod primum visæ sunt in Ortygia insula, coturnix, ὄρτυξ M. ex κεκράγω, est avis, Hesych. & ὀρτὶξ ὀρτιχῶ. Dor. pro ὄρτις, tanquam avem avium vol. dict. *A Quaile.*

Cotyla, κοτύλη, Martial. est Ossis cavitas profundior in quam alterum os inseritur, dict. quia in ea aliquid κοτύλῃ reponitur, est enim ossis repositorium, acetabulum: deinde accipitur pro cavitate in genere, & in specie mensura liquidorum: *Being halfe Sextarius, in weight twelve ounces, or a pinte, or a pound.* κοτύλη accipitur pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus conjungebat, &c. V. Cal. *The hollow of a bone into which the joynt is sit; also a kinde of dish or like vessell to drinke in, also a kinde of play.* al. Cotula.

† Cotyledones partes quædam secretæ in mulieribus. V. Calep.

Cotyledones, κοτυλεδόνις. vide acetabulum.

† Cotyledon, onis, f. g. Plin. κοτυλεδὼν, sic appellasse Græci putarunt propter figuram solii in acetabuli formam tornati & modicè concavi. *The herbe Penny-wort, Venus Navill, also the same that* cotyla.

† Cotylus, li, masc. gen. κότυλος & cotyliscus, masc. gen. *A kinde of cup.*

† Cotyttia, orum, neut. gen. sacra quædam nocturna quæ Athenis fiebant.

† Cotytto dea impudentiæ, ejus sacra nocturna cotyttia.

† Covalus, li, masc. asperi & inimites quos κοζάλους voc. κοζαλῶ, dict. quasi κακοζηλῶ, à consilio malo. *Hobgoblings, also one that deceives by jestings.*

Convellus, a, um adject. *Heavenly.*

Covinarius, ii, masc. gener. Tacit. *A Christ-mas.* Qui ex covino pugnat.

Covinus, ni, masc. gener. πόλεμος ἅρμα πολεμικὸν, δρεπανηφόρον, ex covum quod ex Cavum, Var. Pomp. Mela. dicit esse Gallicum, Luc. *A kinde of Chariot armed with hookes, used in warres by the Brittaines and French.*

† Coum Vinum. *Wine of the Isle Coo.*

† Counio, is, Plautus, ἑνόω. *To unite.*

† Courni, Calvin, *Drinke, Ale or Beere.*

† Cous, Græc. κῶς, Latinè senio numerus est in talo cui contrarius qui & Venus dicitur, quem qui jecisset sex lucrifaciebat, qui verò canem, nummum unum addebat, unde etiam damnosa canicula à poetis vocatur.

† Coutcrinus, m. Aug. *A brother by the mothers side.*

† Contor, oris vel ere. simul Utor, Accrd.

Covum, vi, à cavo, ni g. Var. veteres cœlum vocabant, quod Festus scribit dict. à Chao, ex quo Poetæ dic. cœlum esse natum, vel quod χάσκω apud vet. signif. aerem, inde Anglicè, *Heaven, also hollownesse.*

Coxa, æ, f. g. ex Coxendix, icis. soca Syriacè, unde coxa, coxa ex Heb. ϸιϸ shok. Perot. à coarctando, quod femur ibi superiori conjungitur & coarcteur, coxa, ἰσχίον, κυῤῥὸν, κοχώνη, Gal. κόχωνα exponit commissuram coxendicis quæ est ad sedem propter quam tota circa sedem regio eo nomine vocatur, quidam derivant à ϖϖ coak, propter robur, sicut ἰσχὺν ab ἰσχύς robur, vel ab Hebr. ϸιϸ per metathesin. Cosh, unde cossa, coxa, al. cossa, quasi coossa, ubi os cum osse jungitur, unde coxa, M. v. cossa, Cænin. soca. Syr. coxa, eo coxendix, est etiam pro coxario morbo qui ischias, coxendicas coxas, Nonn. & Var. & Luc. sed leg. deb. coxendices coxas. *The thigh, hip or haunch, the buckle bone*

† Coxale, is. *A girdle or covering about the hips.* Ac.

† Coxarius morbus, Jun. ἰσχιάς. *The Sciatica.*

† Coxandica, æ, f. Nonn. *The hip.*

† Coxendix, icis, f. v. coxa.

Goxim, v. cossim.

† Coxosus, a, um. adj. *Frantick, mad.*

† Coxus, a, um. claudus, χωλὸς, vitio coxæ, unde coxigare, χωλαίνω. i. claudicare.

† Coxula, æ, f. g. dim. parva coxa.

C *ante* R

C. R. in notis antiq. civis Romanus. C. R. creticus, vel crispus, vel contractum. C. R. G. cujus rei causa. C. S. I. controversia, &c.

Craber, a, um. Var. ex craceo, cracere, gracilem esse. *Slender, thinne* Var.

Crabra, aquæ nomen in Tusculano.

† Crabonista. *A kinde of instrument.*

Grabro, ônis, m. à cabo, i. caballo, quod ex hoc crescunt crabones, Plin. σφῆξ, σφηκία, ἀνδράνωψ. Scal. ad Var. ex craceo, unde Craber & crabro, unde σφηκώδης graciles dic. apud veteres comicos, M. à κρέας, caro & βόρα esca, qui carnes comedent. Gloss. carabo, σφὴξ, unde videri possit dici à κέρας, cornu. *A kinde of great wasp called a hornet.*

† Crabus, bi. Hesyc. Crabus, κραβῶν, larus avis, ὁ λάρος. *A sea bird.*

† Cracea, f. g. *A kinde of pusse.*

† Cracentes, graciles. Fest.

† Craceo, gracilis sum. Mart. ex κράω comedo, Absumo, ut cracens sit tanquam consumptus, inde γραῦς anus, quæ tempore sit corrupta & velut absumpta γράω ex τὸ gar concidere, secare.

† Cracere gracilem esse, v. Scal. ad Var.

† Cracutæ. *Dagges engendred of wolves and dogs.*

† Crada. *A bough of a fig tree, also a fig.*

† Cradæum κραδαῖον. *A fig leafe.*

† Cradisus, vas vinarium. Pol.

† Crapula, æ. *The bronke swine,* à canthus præderota. v. Dod. vide Crepula.

† Cræticus, pes qui est ex longâ brevi & longa.

† Cragon, κράγων, genus squillæ, v. Crango.

† Crama, κράμα, mistura, B. Vinum aqua mixtum, dilutu potio, ex κεράω misceo.

Crambe, es, f. κράμβη dict. quibusdam, qu. κραμέω, κραμὼ τὸ τὰ κόραξ καμόνιν ἐσθίειν, h. e ab illo quod oculorum pupillas obtundit, hebetetque al. qu. κείρω ἀμύω. seu potius ἀντίξυλον. e. qu. crapulæ occurrat seu resistat. nam ebrietatem arcet & crapulam jam contractam discutit. brassicæ species apud Pl. lo. 29 crambe recocta fastidium & nauseam parit, inde proverb. cramberecocta mors. *A kinde of cole-wort.*

† Crambus, est vitium fructuum, & præcipuè uvarum quum solis exustione acini inarescunt, κραμβῶ, adjectivè est exustus, torridus. M.

† Crango, are, crango, alias cancrum. Gaza vertit alias cranginem, piscis est de genere squillarum.

Cranium, ii, neut. gen. κράνιον, κάρα, κάρηνον, ἴνιον, ut apud Græc. κάρη, B. M. à κράνον, caput quod est κάρανον. Junius dici vult quod cerebrum integat, quasi κρᾶνος. i. galea. *The bone of the head, the skull or braine pan: it is also used for a kinde of pot or cup.*

† Cranos, κράνος, galea.

† Cranum, κράς, corni fructus.

† Crapatalli, Hesyc. *A kinde of fish.*

† Crapatulum, li. n. Pol. *A piece of Persian coine.*

Crapula, æ, f. (κραιπάλη, ὅτι τὸ κάρηνον παλλεῖται, h.e. abeo quòd caput vertigine concutiat; Cal. ex Plin.) Mart. ex κάρα caput, & πάλλειν vibrare. *Drunkennesse, surfeit, proceeding of too much eating and drinking*; crapula est etiam refina vel resinæ flos coctus qui pro condimento vino immiscetur, sic dict. quod vinum resinatum caput tentet.

† Crapularius, a, um. ad crapulam pertinens, inde crapulariæ unctiones.

Crapulatus, a, um ebrius. M.

† Crapulenti, ebrii. Marcel.

Crapulor, aris : κωμάζω. *To surfeit.*

Cras, adverb. temporis, idem sign. quod die proxime futuro, ex crastinus macar. gr. αὔριον, Mart. ex coram vel ob κάρηνα, id est, ob oculos. *To morrow in time comming.*

† Crasis, is. f. à κεράννυμι misceo, κράσις temperamentum, i. proportio quædam primarum qualitatum existentium in elementis ex quibus corpus mistum est, apud gram. accipitur pro contractione duarum syllabarum in unam coalescentium. *A complexion, temperature or mixture of naturall humours.*

Crassamen, inis, neut. à crassus, crassitudo, τὸ πάχος, ους, τὸ παχυμερές, Col. l. 12. *A thicke matter, as the dregs, mire.*

Crassimentum, ti, neut. crassities, πάχος, Col. Gel. *The thicknesse or grossenesse of a thing.*

† Crassator, v. Grassator.

Crasse, adv. Col. παχέως, παχυλῶς. *Grossely, rudely, thickely.*

Crassesco, is. Col. crassescere est crassum fieri, pinguescere, παχύνομαι. *To waxe grosse, fat, bigge, thicke.*

Crassipelles pro fatuis. Cæl.

† Crassitas, atis, f. & crassum, si. n. *Grossenesse, thicknesse.*

Crassitudo, Ynis. v. vulgo pronunciatur vocant, οὐσία, παχύτης, πάχος. *Fatnesse, thicknesse, grossenesse.*

Crassitudo, Ynis, v. crassities.

Crassivenium, aceris arboris genus, Plin. l. 16. c. 15. à venarum crassitudine dict.

Crasso, as. *To make grosse.*

† Crassor, aris. idem quod Grassor.

† Crassulago. *The seed of the hearb* crassula major.

† Crassulentus. *Full of grossenesse.*

† Crassulus, a, um. dim. à crassus. *Somewhat thicke or grosse or fat*, inde crassula major : *The hearbe orpine, or live long.* Dodon & crassula minor. *The hearbe prickmadame.*

Crassus, a, um. à sagina corporis, à creando carnes, Isid. alii à crescendo, παχύς, παχαλός, al. à caro quasi carassus, vel à κρέας, vel à ῥᾴω, comedo, κρέας, item Attic. σῶμα, crassus. *Grosse, thicke, fleshie, dull, weighty, also homely*, crassa minerva aliquid facere, Horat. *Homely, with a grosse and blunt wit, nothing exactly.*

Crastes, is, græc. *Drie haie.* Cœl. 8. 10.

Crastinárius, ōnis, fœm. ἀναζολή, ὑπέρθεσις, in crastinum rejectio. *A delaying or deferring.*

Crastinus, a, um cras. ἐπαύριος, dies crastinus, i. proxime adveniens, die crastini pro crastino : Crastinus ex cras, tinus est productio verbi. *To morrow*, adv.

† Crastino, as. *To delay from day to day.* v. Procrastino. M.

† Crastino, adv. Gel. αὔριον. *To morrow.*

† Cratægonon, vel cratægonon, ni. à κρατεῖν, Plin. 27. 8. *Assmart or cullerage*, v. Cal.

† Crataonum, & crataus, Offic. κρατωνάριον, κρατωνάριον ἢ κράτων. *Stichwort, a grasse good for the eyes*, Dodon.

Crate antiq; pro crates unde crāticulum. Fest.

Crater, ēris masc. g. & cratera, æ, f. (κρατὴρ ὁπὸ τῦ κρατεῖν, quod tenere, capere, Ser. al. ἀπὸ τῦ κεράν, id est, miscendo, quoniam accipitur pro vase in quo vinum miscetur aquæ, vel ἀπὸ τῦ κρᾶσ κράτηρ, unde ἀναπράτειν & ἀναπράσαι, vide Fung. ערף, Kagnarah, Aven. *A great cup or bowle of plate, a platter, a pipe or vessell to receive water, also a bole like a goblet, also a celestiall signe, also a dish, also a pot or kettle*, in accus. craterem vel cratera.

† Crater, a, um. ad. *Binding one another.*

Craterāculus, dimin. à crater.

† Craterites, Plin. 37. 10. *A precious stone, very hard by nature.*

Craterium, ii, fœmin. gener. Var. *A bucket to take up water* : Vide crater.

Crātes, is, fœm. ἀπὸ τῦ κρατεῖν, quod vimina se invicem teneant, Scal. γέρρα, crates, Fest. craticulum, à gr. κρατεῖν, al. κρατήσιον. al. κρατίδιον, Scal. leg. crata, Liv. crates est rara quædam connexio viminum vel ferramentorum, vel lignorum, πλόκος. *A watling of houses with rods or twedes, a hurdle, a barrow or grate of iron or wood.*

† Cratella, κρατίνης, & cratercrium, κρατευτήριον, Pol. exponit lapides quibus verva innituntur ex κρατεῖν, teneo. *A cobiron or racke for the spit to turne when meat is to be rosted.*

Craticulā, æ, fœmin. dim. Mart. ἐσχάριον, ἀνθράκιον, φρύγανον. *A gridiron.*

† Craticula, Gloss. Isid. focus.

Craticulo, as, Gel. *To burne coales in an iron cradle, to cover with grates.*

† Craticulum, v. Craticulus.

† Craticulus, li, m. Eras. *A little goblet.*

Cratio, is, īvi, ītum, īre, Plin. παρίημι, occo, à crate. *To cover with hurdles or grates, to harrow or wattle.*

Crattitius, a, um. quod ex crathibus fit παρφάσιος. *Made of reedes, rods or stickes, in manner of a hurdle.* Vitruv.

† Cratos, gr. κράτος. *Power or dominion.*

† Craugon, Hesych. *A kinde of bird, a wood picker.*

† Craugus, Græc. κραυγός, vel κραυγίς picus, picus Martius, avis.

† Craura, κραῦρα, struma morbus suis infestans. *A disease in hogges, whereby the Lights doe rot.*

† Crea, κρέα dicitur quicquid in anteriore tibiæ parte tenue & carnis est expers, stercus, spurcitia, unde execrare dicimus spurcitias ejicere, Gloss. Isid. v. Screo.

Creacentrum, vide Jun. ex κρέας caro, & κέντρον spiculum. *Also an hollow iron to enterlard meat with* : V. Creagra.

† Creagra, f. g. græc. κρεάγρα, ex κρέας caro & ἄγρα captura, Gloss. arpagi exemplum, id est, quo aliquid eximitur. *A flesh hooke to take meat out of the pot.*

Creātio, ōnis, sitsit f. g. Verbal. à creo, κτίσις, δημιουργία. *A creation or making*, Digest. ponitur etiam pro procreatio, ut creatio liberorum, Cal.

Creātor, ōris m. verb. δημιουργός, κτίστης, ποιητής. *A father, a creator, a maker, a founder, a builder.*

Creātrix, icis, f. g. à δημιουργός. *She which createth, a mother.*

Creātūra, æ, f. κτίσις. *A creature, a thing made by art.*

Creātus, a, um part. κτιστός, γενητός *Created, made, borne, framed, formed.*

Creber, a, um. & crebrior, δυμνός, πυκνός, frequens, densus, συχνός, ex heb. ברר creber frequens. alii quasi crescens numero, Scal. in Fest. à cresco, creber, ut à cratio craber.) *Thicke, full of, frequent, accustomed, often.*

Creberrimus, a, um. *Very often*, Cat.

† Crebreo, brēs, brui, caret supino, esse vel fieri crebrum. Cath.

Crebre, & crebreus, adv. *Often, more often*, Cat. crebrò, frequenter.

† Cre-

† Crebro, ōnis, ma. est parca illa terra quæ continetur inter duos sulcos, dicta quiā aqua crebro per ipsam discurrit.

Crebrēsco, is, ui, ere. διαθρυλλεῖμαι. Plin. *To be worn, to wax common, to multiply.*

† Crebrifarius, ii, masc. *A place haunted with theeves.* Crebriturus, Cath.

Crebrisuro, & crebrisaturo apud Ennium significat vallum crebris suris, id est, palis munitam, Fest. *A trench fortified with many stakes.*

Crebrĭtas, ātis, fœ. συχνότης. *A multitude, oftenesse, manifold, being together.*

† Crebriter, adv. Diomed. idem quod crebrò.

† Crebritudo, id. quod crebritas.

Crebrò, crebriùs, creberrimè, adv. συχνῶς, πυκνῶς, γλίσχρα. *Oftentimes.*

Credens, tis, p. à credo, Ovid. *Beleeving, &c.*

† Credentia, æ, f. *A beleeving; also a pledge of fidelity.* Accrd.

Crēdĭbĭlis, le, adj. πιστὸς, πιθανὸς. *Credible, that may bee beleeved.*

Crēdĭbĭlĭter, adv. πιθανῶς. *Credibly, probably.*

† Creditaria, id est, cameraria Cath.

Creditarius, ii, m. g. id est, camerarius. *Also a Counsellour.* Consiliarius, Cath.

Crēdĭtor, ōris, m. χρεώστης, δανειστὴς. *He to whom a thing to owed, he that lendeth, a creditour.*

Crēdĭtrix, icis, fœ. g. δανίζουσα. *She that lendeth, or to whom money is owed.*

Crēditum, i, n qd. quacunque de causâ debetur, δάνεισμα. *Debt, any thing committed to ones truſt, credit.*

Crēditur, impers.

Crēditus, a, um. p. *Truſted, beleeved, lent, owed.*

Crēdo, is, didi, tum, certum do. (olim & credùo) fidem habeo, Mar. qu. cor do, id est, assensum, aut quasi dòu cordi do, vel à καρδία corde ut sit corde suscipio, significat fidem adhibeo, fidem tribuo, πιστεύω. Aliquando ponitur pro promittere, concredere, commendare & fidei alicujus tribuere, παραπαθίστασθαι credere propriè is dicitur, qui ita tem alienat ut dominium transferat: qui enim dominium retinet alterius fidem non sequitur: hinc in creditum ire dic. non qui rem suam seu certam speciem vendicat, sed in personam agit ut sibi satisfiat, unde per prolepsim in creditum ire simplic. pro credere accipi plerunque consuevit. *To beleeve, to thinke, to put confidence, to give, to keepe, to commit to ones truſt, to lend, to have ſtore confidence, to tell.* Item tradere, revelare, manifestare, significat interdum mandare, quandoque mutuum dare δανείζω, cum accusat. mediante in signif. immittere, injicere, interdum ponitur pro puto, οἴομαι, νομίζω. Interdum credere Deo, credere Deum, & credere in Deum. Ecclesiastici hoc interesse putant, quòd credere Deum, est credere Deum esse; credere Deo, est fidem habere Deo, sive verbis ejus; credere in Deum, est fide bonâ se conjicere in Deum, & in eo spem omnem nostræ salutis repositam habere Credo qui, pro nimirùm qui, Gic.

† Creduas pro credas, Plaut.

Crēdŭlitas, ātis, fœ. g. ταχυπιστία. *Credulity, raſhneſſe to beleeve any thing.*

Crēdŭlus, a, um. ἀπερίσκεπτος. *Raſh of beleefe.*

Creios. Vide Crius.

Cremaster, cremasteris, κρεμαστὴρ qui suspensum tenet, speciali significatione cremasteres sunt musculi duo, utrinque scilicet unus, à quibus testes sursum trahuntur, Corth.

Cremasteres, um. plur. masc. gen. Col. κρεμαστῆρες à κρεμάω, suspendo. *The two long and ſlender muſcles by which the Stone of Man or Beaſt doe hang.*

† Cremathra, κρεμάθρα. *A cheeſe racke, an hanging veſſell wherein men uſe to put the fragments of meat, ſuch as our hairen Cupboards be.* Vide lex. Græc.

Crematio, ōnis, f. g. Plin. πύρωσις. *Burning.*

Crematus, a, um. p. *Burned.*

† Crembala, orum. n. Jun. *Childrens rattles.* Crembalum, κρέμβαλον crepitaculum quo pulsabatur ad saltandum, ex κρέκειν pulsare, & βάλλειν saltare, vide Cymbalum.

Cremen, inis. Frag. Poet. *An encreaſing.*

Cremento, as. Plaut. *To encreaſe or augment.*

† Crementum, ti. Ifid. semen masculi, à' cresco, augmentum, αὔξησις. *It is for an encreaſing.* Vide Acer.

† Cremialis, le. Ulp. *Fit to make fire, belonging to burning.*

† Creminium, ii, n. Gl. *A Sacrifice.*

Cremium, ii, neut. à cremo, Plin. furculus aridus vel minutus, quod facile cremetur, item plantæ species, φρύγανον, affinc est ἄκρεμων, pro quo Etymolog. etiam κρέμων dict. scribit. ab ἄκρον summitas, vel à κρεμῶ pendere facio. *Small ſtickes or dry bruſh wood to kindle a fire quickly; alſo fleſh fried in a panne.*

Crēmo, as. κάω, Aven. ex כמר camar crematus, vide Creninm. *To burne, to ſet on fire.*

Crēmor, ōris, m. g. Cato. χρίμνον, lactis cremen, Mart. putat dici cerno, ut sit pingue secretum. Alludit tamen ad Græc. χρίμνον, quod est ἄκρα hordeum, ut cremor hordei vel lactis. cremor idem est achymus. *The thicke juyce of Barly or other thing, ſteeped, preſſed, creame, barme, yeſt.*

Crēna, æ, f. Plin. γλυφὴ, ex χράω fons ex הקר cor fodere. Crena item est pars in mucrone calami aut pennæ incisa, undè voluti ex fonte fluit atramentum, sic etiam in sagittis dicitur partis extremæ sectio in quam nervum inserunt arcum tendentes vel sagittantes. Etymolog. ducit χράνη à ῥέω fluo, vel κηρόω, Suid. à κάρη quiā fons aquæ filia, Hebr. קרן mator, vide M. *A notch of an Arrow, or the neb of a penne that hath the eleft in; alſo the notch in the horne or end of the bone, a jagge or nocke.* Crenæ dicuntur etiam asperitates quædam œsophagi in rubi modum denticulatæ, Plin 11.37. *Alſo the jagged end of leaves or papers notched.*

† Crenatus, a, um. adject. Jun. *Notched, jagged.* inde crenata herbarum folia vocabo: hoc est serrata. Crensi. *Notches in a ſcore, ſticke or table.* Cal.

† Cremutium, holocaustum, Isid. quia totum cremabatur.

Creo, as. Perot. ex ברא bara ב beth apud Hebr. facile fumitur pro ב caph, vel ex κράω impero, unde κραίνω perficio, Hesych. κρεῶ, τελεῶ creo, κλίζω, διαμερίζω. Mart refert ad χεὶρ manus, quia manibus suis, id est, potentiâ suâ Deus fecit omnia, M. creo est effcio eximie, Deus creare dicitur, eum virtute infinita aliquid effecit ex nihilo, deinde transferitur & ad alias effectiones, productiones, & ordinationes. Creo olim Ceres, dicebatur. *To give the firſt being, to make, to cloſe, to eſtabliſh, to beget, to breed, to bring forth, to procure, to ordaine.*

† Creocaccăbus, ex κρέας caro, & καττάβος caccabus, quasi caro in cacabo. *A kinde of meate made of fleſh chopped with blaid, ſuet, and ſweet liquour.*

† Creodatæ carnium divisores, Græc. Gel. 27 21. inde creodæsia carnium divisio, id. ibid. ex κρέας caro, & δαίειν dividere. *The name of an Office among the Lacedemonians that had the diſtribution of the meat.*

† Creodechon vas, κρεοδόχον à κρέας caro, & δέχομαι capio. *A veſſell to keepe fleſh in*

† Creomitum, ti, n g. *Fruit of the tree called* Creomitus.

Creomitus, ti, f. Plin. *A kinde of tree.*

Crepæ, idem quod capræ, Fest quod crutibus crepent.

Crepax, cis. Sen. *Hee that maketh a great noise in cracking.*

Creperus, a, um. Fest. Creperum veteres Lat. dubium vocabant origine, Græc. κραίπνον velox, citum, quod incitatus curius visum, præceps oratio aurem fallat, Scalig. ad Var. crepum κρηφας, Mart. ex ערב gnerub vesperæ, creperus, dubius. Var. creperas res dubias esse scribit, atque inde dictum esse crepusculum, quod diésne sit an nox dubitetur. Creari dicuntur qui ad aliquod munus, & honorem in municipiis, suffragiis & decreto ordinis vocantur & eliguntur, Brisſ. *Doubtfull, darke, uncertaine.*

Crepi luperci dicti sunt à crepitu pelliculárum quem faciunt verberantes, Fest. Mos erat Romanis nudos discurrere in lupercalibus, & obvias quasque fœminas pellibus ferire, Fest.

† Crepiculum, parvus crepitus.

Crēpida, æ, fœm. gener. Scalig. à κρήπις, Isidor. à pedum crepitu quum incedimus. *A low voided shooe with a latchet, a slipper, a pantofle.*

Crēpidarius, a, um. *Pertaining to slippers or pantofles* substantivè crepidarius, ii, m. κρηπιδοποιός, qui crepidas conficit, Gel 13.20. *Hee that maketh pantofles or slippers.*

Crepĭdātus, a, um. κρηπιδωτός. *Wearing such shooes or pattens.*

Crepĭdo, ōnis, f. (dict. quod ibi aquæ crepant, id est, strepant. Fest. crepidine saxa promineutia, à κρηπὶς fundamentum vasis, κρηπὶς, crepido, margo, soccus, summitas rumarum, & gradus saxeus, κυμάτων ἀκρη, ἄκρον, ἐξοχή. *A creake, shore, or banke whereon the water beateth, the brimme or border of any thing,* Colum. *Also it signifieth the groundwarke.*

Crepĭdŭla, æ, fœ. g. dim. à crepida (quidam à crepitu, id est, à sono quem ambulando reddunt, Gel. & Persius vocem dicunt esse Græcam) κρηπίδιον. *A little patten or pantofle.*

† Crepĭdŭlum, li, n. vide Crepitaculum.

Crepis, idem quod crepida, κρηπὶς. Gellius 13.20. *Also a fine cake made of honey and flower; Also a kinde of hearbe.*

† Crepita, æ, f. g. *A cave or denne.*

Crepĭtācillum, li. dim. à crepitaculum κρηπαλίδιον, Lucr. 1.5. crepitacillis opus est, aliàs legitur crepitaculari.

Crepĭtans, tis, p. Ovid. *Rustling, making a noise.*

Crepĭto, as. frequ. Plaut. ἰαχέω. *To make a noise often, to crackle, to chatter, to sing.*

Crepitaculum, ſistrum, æneum instrumentum quod manibus percussum reddit sonum, in Isid. sacris solemne, σείστρον, κρόταλον, à crepo. *A sounding or ratling instrument, a drumme or ratle,* Col.

Crepitulum, li, neut. gen. Fest. vel Crepiculum ornamentum capitis, id enim in motu capitis crepitum facit. *An ornament for the head.*

Crĕpitus, us, m. g. ἴδρυβος, κρότος, βρόμος. *A bruite, a noise, creaking, a sound, a fist, chattering.*

Crepo, as, ui, itum, āre. à sono dict. Var. λαλέω, ἴδρυβος, βομβέω, per translat. ponitur pro dolere, queri, accusare. Matt. à κράζω, vide. *To make a noise, to give a cracke, to rumble, to speake or talke, to breake; also to grieve, complaine or accuse.*

† Crepor, ōris, m. *A cracke or crashing.*

† Crepulus, li, m. g. Gl. *A showre falling with a great violence.*

Crepundia, ōrum, neut. g. à crepando, ἄβρυματα, κρεκτοπαίγνια. Crepundia à Plinio dicuntur fasciæ quibus involvunt infantes. Crepundiis, initiis, Gloss. Isidor. *Trifles and gugawes for children, the first apparell for children, swathes for children, &c.*

Crepus, Lupercus, à crepitu pellicularum quem faciunt verberantes, Fest. ex κνεφὸς. *A Priest of Jupiter.*

† Crepuscens, idem quod hora vespertina, Sol.

Crepusci, Var. qui crepusculo nascuntur. *Those things which are borne and bred about the twilight, or day-breake.*

† Crepusculascens, tis, partic. à crepusculasco, is. *Waxing darke or late.*

Crepusculum, li, n. g. à crepum, ἀμφιλύκη, Gr. κνέφας, Var. à crepere voce Sabina pro dubio, quod dubitetur an dies vel nox sit. *The twilight in the evening or morning.*

† Cres, Phœbo gratissima dona. Cres tulit, vide Creta.

Crescens, tis, p. *Encreasing, growing, &c.*

Cresco, is, ui, tum, ere. à creo, ἀυξάνω, προάγομαι, φύομαι, al. à κρεα, quasi carne augeor, quasi fit crasco παρὰ τὸ κρέας Fest. à κραίνειν, perficere. *To grow, to encrease, to waxe bigger, to bee nourished, to bee advanced,* crevi modo signif. hæreditatem adii, modo major ætate vel sensu sum, modo judicavi, modo divisi, quæ omnia à duobus verbis veniunt, à cresco & cerno, una his origo, Græc. κραίνω.

† Crespinus, Mathiol. *The Barbary tree.* Dod.

† Creta, æ, f. (κιμωλία, alii à cretus, quod à cresco, creta notare pro approbare, vel à Creta insula, in qua optimè provenit, vel à crescendo, quoniam proprietas ejus est, ut macerando crescat.) *Chalke, Fullers clay, marle, ceruſſe.*

Crētāceus, a, um. adj. *Of chalke or lome.* Plin.

Cretæfodina, æ, fœm. g. Dig. cretæfodina & cretifodina dicta est unde creta effoditur. *A marle or chalke pit, a place where they digge chalke.*

Cretarium, ii, n. g. Colum. Cretæfodina. *A chalke-pit.*

Crētārius, ii, neut. gen. Colum. *A Chalker, hee that worketh in chalke.*

Crētātus, a, um. Pl. *Made white or marked with chalke.*

† Creterra, vas vini, à cratere, Non. craterræ vasa vini, vel craterra, quam nunc fiſulam vocamus, κρατὴρ & κρατὴρα, vide Craterra.

† Crethmos, Offic. κρήθμον batis, vel battis, Pl. Col. olus cordum. *A certaine hearbe,* vide Crisp.

† Creti pro aditione hæreditatis, vide Cerno.

† Creticus, a, um. ad cretam pertinens, vel ex creta, κρητικὸς, creticus, qui aliter ἀμφίμακρος, quia inter duas longas habet unam brevem, ut Caritas, inventio ejus ad Cretenses refertur, cretica terra. *White marle.*

†, Cretinos. *A kinde of Hearbe.* Plin.

Cretio, ōnis, fœm. g. à cerno, vel verbale à cresco, ἡ εἰς τὸν δοῦν ἐμβάτωσις, ἡ τὲ κληρὸ ἐμβάτωσις, solemnitas quædam quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cretio est certorum dierum spatium in quo institutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur. *A certaine Solemnity used in entring upon Inheritance or Inheritage; Also a certaine space given to the Heire to deliberate of taking Possession of his Inheritance.* Vide Calv. Jur.

Crētōsus, a, um. adject. *Full of chalke.*

† Crenula, æ, fœm. gen. dimin. à Creta.

† Gretura, Fal. Jun. κίμωρος voc. *Cause malis, grudgems, stiffings.* à cerno.

Crētus, a, um. particip. Ovid. à cresco, γεγεννημένος, φυὴς. *Borne, descended.*

Crētus, a, um, adjective. Ovid. à cerno, ἀφωρισμένος. *Severed or parted from, &c.*

Crevi præteritum modò significat hæreditatem adii, modò major ætate vel censu sum, modò judi-

cavi

cavi, modò diviſi, quæ omnia à creſco & cerno veniunt, vide Creſco & Cerno, Feſt.

† Crex, ecis, fœm. g. Græc. κρίξ. Heſych. capillus, item avis, Ariſtop. & Ariſtot.

† Cribana, genus placentæ, Heſ. ex κριβάνῳ placenta dict. quod in cribano ſit decocta.

† Cribellum, li, n. Col. dim. *A little Sieve.*

† Cribrarius, ii, maſc. gen. Gloſſ. *A Boulter, or one that maketh* Cribra.

Cribrarius, a, um. Plin. κοσκινικὸς. *Belonging to a Sieve*; *alſo* Cribraria, *Fine ſimner.*

Cribro, as. Plin. ex cribrum, σήθω. *To ſift or ſarce.*

Cribrum, Plin. ex Heb. חברת cebara, cribrum, כבר cabar, multiplic., eopioſus, inſtrumentum crebris pertuſum foraminibus ad frumenta purganda, κόσκινον, σήθριον, σιτοκόσκινον, quidam ideò à creber, quod crebris pertuſum ſit foraminibus, ex κρίνω, Scal. à cerno) Plin. *A Sive or Sarce.*

† Cricellia, Græc. κριθάλλια, cricellia ſunt anelli, orbiculi, circuli, Acerd.

† Cricoides, cartilago, eſt laryngis cartilago.

† Criga, Heſych. Græc. κρίγη noctua, ſtrix, à ſtrepitu. *A kinde of Owle.*

Crimen, inis, n. g. à κρίνω, cerno, Iſid. ducit à carendo, ἀπὸ τοῦ στερεῖσθαι, ἔγκλημα, κατηγορία, ut à κρίνω κρίμα, & à diſcerno diſcrimen. Crimen propriè ſign. f. id. quod per contentionem alicui objicitur, cerno enim eſt contendo, crimen eſt id ob quod aliquis cerni, id eſt, judicari poſſit ut obnoxius, tanquam κρινόμενον. crimen aliq. pro criminatione, & objectione, aliquando pro pudore, aliq. pro falſa ſuſpicione. *A fault, blame, rebuke, an accuſation, a ſuſpition or falſe report, a cauſe, occaſion*, Terent.

Crīmĭnālis, le. Paul. ad. crimen pertinens, ἐγκληματικὸς. *Criminall, wherein is offence.*

Criminaliter, adv. Ulp. *Wherein is offence.*

† Crĭmĭnat, pro criminatur, Ennius.

Crīmĭnātio, ōnis. f. g. ἔγκλησις, διαβολὴ. *Blame, falſe accuſation, complaining, an accuſation.*

Crimĭnator, ōris, m. κατήγορος, Gel. *An accuſer.*

Criminatorius, a, um. Plaut. *Full of accuſation or crimes.*

Crīmĭnor, āris. depon. ἐγκαλοῦμαι, διαβάλλω, ἐγκαλῶ. *To blame, to rebuke, to lay to one's charge, to accuſe falſely.*

Crīmĭnosè, iùs, iſſimè, adverb. ἐγκληματικῶς. *Reproachfully, ſlanderouſly.*

Crīmĭnoſiſſimè, adv. Suet. in Tiber. 53. criminoſiſſimè, inſectari.

Crīmĭnoſiſſimus. *Moſt worthy reproach, very full of reproach or blame* Suet. in Celſ. c. 54.

Crīmĭnōſitas, ātis. Plaut. *Ill report.*

Crīmĭnoſus, a, um ἀκλεὴς, φλαυροκάκων, ſuſpitioſus, quod criminis ſuſpitionem adfert. Criminoſum. quod in ſe crimen habet. *Ready to accuſe, blame worthy, puniſhable, full of crime, worthy accuſation, full of reproach.*

† Crimnoides urina, κριμνώδης, cujus ſedimenta crimnoidea ſunt, id eſt, quæ ſpeciem furfuris vel ſpumæ referunt, ſignificántque ſanguinis cremationem, vel ſolidorum liquationem.

† Crina. *Oyle of Lillies.* fortè legend. crinonia, vide Calv. Lex. Hor. crinina unguenta.

Crīnāle, is. neut. τὸ ἐπίσπαστρον. *A thing to binde up the haire, a caſe, a haire-lace, a pinne or wire to diuide the haire.*

Crīnālis, le. adjectivum. Ovid. ὁ ἐπὶ τρίχων. *That belongeth to the haire.*

† Crinanthemon, κρινάνθεμον, Dioſc. κρίνον βασιλικὸν. *The wilde Lilly*, vide Cal.

Crines, Pl. *Haire, ſtunes of fiſhes, or any thing like haire*, vide Crinis.

† Crinitulus, m. g. dim. à Crinis, Eraſm. *A little haire.*

† Crinio, is, ivi, ire. eſt crines emittere, τριχοῦν. *To haue haires.*

† Crineſco, is. Gloſſ. *To waxe hairy.*

Crīniger, a, um. adj. Lucan. βοστρυχοφόρος. *That hath or weareth haire.*

† Crinina, æ, fœm. gen. Pomp. *A kinde of Ointment of Lillies.* Vide Crina.

Crininus, a, um. adject. *Of Lilies.*

† Crinior, ōris, m. *That hath long haire.*

Crinior, iris, iri. Stat. *To haue a buſh of haire, to haue a creſt on it.*

Crinoſus, igneus Globus. Acerd.

Crinis, is, maſc. gen. θρὶξ, κόμη, πλόκαμος, à κρίνω diſcerno, quià inter ſe diſcreti ſunt crines ex diſtinctis póris, Iſidor crines propriè mullerum ſunt quod vittis diſcernantur, vide Cerno. *Haires of the head, a buſh of haire*; *Alſo the head, ſometimes ſtrings of Vines or ſuch like, alſo hold or occaſion.*

Crinitus, a, um. κομήτης. *That hath much or long haire, that hath a creſt.*

† Crinomenon, Græc. κρινόμενον, Lat. quæſtio à Rhetoribus appellatur, contentio quæ ex ſtatu efficitur, & circa quod verſatur certamen totius controverſiæ. *That wherein the controverſie conſiſteth.*

† Crinon, Plin. 21. 5. rubens lilium, κρίνον Græc. voc. crinon agnon. *A Lilly.*

† Crinonia, frutex eſt. *A Lilly.* Suid. Cal. Græc. κρίνον, lilium.

Crinoſitas, ātis, fœm. Suet. *Haireineſſe.*

† Criobolium, ſacrificium arietum quod cum immolantur, dejiciuntur clava vel ſecuri, κριὸς aries, βαλλοθυσία.

† Crios, κριὸς aries, κριὸς ἱερεῖον ἀρίετινον cicer, ab arietini capitis figura dict. *A kinde of Chiche called alſo* Arietinum; *alſo a Shippe having the picture of a Ramme*; *alſo a Ramme*, id eſt, *a warlike Engine*; *alſo the forme of a Ramme in building.*

† Criſimima ſigna, id eſt, judicantia.

† Criſis, eos, f. g. Græc. κρίσις, eſt ſubita morbi in melius pejuſve, ad vitam aut mortem, mutatio, vide Stup. *Judgement: alſo the conflict of nature and ſickeneſſe: alſo the time when it diminiſheth or encreaſeth.*

† Criſis aſima quâ à nullo dierum judicantium aut ſigno in illis apparere ſolito prædemonſtrata fuerit, Stup. criſis imperfecta quæ non omninò à morbo liberat.

† Criſobericillus, Plin. *A certaine gemme.*

Criſpa, æ, fœm. gen. *A taſte or creſt.*

Criſpans, ntis. Gel. 18. 11. ventus mare cærulum criſpicans niteſcere facit. *A curling or brandliſhing.*

Criſpicans, criſpicantis, vide Criſpans.

Criſpicapillus, a, um. adj. Gloſſ. *That hath curled haire.*

† Criſpina, Agr. idem quod Rubeus Ideus.

† Criſpinus, ni, maſc. gen. Offic. ſpina appendix. Vide Jun. *The holythorne tree, the Goſſeberry or Barberry tree.*

Criſpiſulcans fulmen, Cicero in Top igneum fulmen, ex criſpus & ſulco. *A lightening come downe wrinkled.*

† Criſpitudo, ĭnis, fœm g. *Curledneſſe: Alſo a wanton ſhaking of the body, &c.*

Criſpo, as. ex crinis, criſpum reddere θρίξω, θλῶ τρίχας. *To brandiſh, to ſhake, to friſle, to curle, to make to ſhine*, Plin.

Criſpor, aris. paſſiv. *To be friſled, or curled or hairy, or curle pated.*

Criſpulus, a, um. Mart. aliquantulum

tulum crispus, ὁ κυλιξ, ἐλάτηρ, V. crispus.

Crispus, a, um, adj. à crinibus, κριθρ, ἀλφ, χριστ, πράχλ, al. à κνύσσω, ut γνάμμα gram. Scaliger. *Curled, frizled, full of rough veins, rugged.* V. Sc in Priap.

Crispior, compar. issimas, superl.

Crispo, as, crispare πλεκτρυζέιν crispo, ceveo, κλίσχρως σὺν γλιτιο moveo ριπτώσθαι, Gloss. Crispat κελαπίζει Crispare est primum mulierum aptè se motantium dum in re venerea sunt, Juvenal. Scaliger crispare propriè est prurire, verbum Tarentinum. κνισσᾶν & κνιπᾶν vel κνιζᾶν.

Crista dicitur conus ille in vertice galli, & aliorum, quorundam animalium, λόφ, ad hujus similitudinem etiam cristam vocamus Conum galeæ ad similit. item Plin. 17. 5. herbæ species est folia habens similia gallinacei cristæ. *Vervine.* dicitur a crinis & sto, quod crines stant erecti in vertice Plin. al. à κάρα, κάρη & κάρας, κράς, id est, caput, unde crasta, unde crista, Becm. Mart. à crispo quod ex crispis pilis fit, vel à κίρας cornu quod in capitibus sit ut corniculum. *A creſt. a tuft, a plume,* pecten muliebris pudendi.

Cristallus, & crystallum, V. crystallus.

Cristatus, a, um. adj Mart. ὑλοφ. *Which hath a creſt or combe.*

Cristula, dim. à crista, λοφίσκη. *A little creſt, a little combe of feathers in the crowne.*

† Critæ, ex κριτικριταὶ. *Judges in prizes or such like.* qui musicis, agonicis, & scenicis certaminibus præerant.

† Crithamus vel Crithamum, Junius, κρίθμον, crithmum. Creta marina, baticula. *Camphire. Sea-fennell.*

† Crithe, es, Cels. κρίθη hordeum, & oculorum tuberculum. *A Barley corne, alſo a little ſwelling in the eyelid like a barley corne, a wart.*

† Crithologia, vel critologia. Calv. Cura frumenti suscipiendi & excutiendi, κρίθη enim hordeum est, unde κριθολόγ, cui id, muneris imponebatur.

† Crithologus qui hordeum colligit, qui primitias hordei ab offerentibus accipiebat, atque iis rem sacram faciebat.

Criticus, a, um, κριτικὸς, judicialis, judicem agens, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, à judicando. unde critici dies voc. qui à medicis judiciarii dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione fieri judicium potest, quos decretorios vocare possumus, unde poematum censores, & aliorum operum judices olim critici dicti sunt, Aristophanes & Aristarchus grammatici Critici fuerunt, qui plurimos versus tanquam nothos & subditivos ex Homeri operibus summoverunt, Cic. ad Dolab 9. Ego tanquam criticus antiquus judicaturus sum, πᾶν τὸ ἐπίσημον judicaturus ad criticos pertinebat. *That judgeth, that giveth sentence or signes to judge by, criticall.* Quint.

† Critobolium. *A sacrifice in honor of Altis, wherein they sacrificed rams.* Acer.

† Critumon, neut. gen. *The Herbe Finkell-Marine, or Fennell of the Sea.*

† Crius, κρίφ est aries à κέρας cornu; item cicer arietinum, à capitis arietini similitudine, Plin. 18. Hes. κρίους vocat conchas asperas.

† Crobylus, li, m. κρόβυλ, aureus, vel argenteus corymbus, ex Capillis pendens. *A Caule to weave on ones head.*

Crobilus, crinium plexus in acumen desinens, Acerd. ex Tertullian.

† Crobyssum, neut. gen. aizoum minus.

† Croca. *A cradle.*

† Crocactum, neut. gen. *A kinde of herbe whereof Poets made their garlands.*

† Crocallis, is, Plin. Libr. 37. Cap. 10. *A Precious ſtone like a Cherry.*

Crocatio, onis, f. g. Fest. κρυγμὸς, à sono vocis, corvorum vocis appellatio. *The kawing of crowes.*

Crocatus, a, um, κροκοβαφὴς. *Saffronted, or like Saffron.*

Croceus, a, um, Pl. κρόκινος, κρόκεος. *Of or like Saffron, yellow.*

† Crocias, Plin. lib. 37. Cap. 11. κρυσίας, à croci similitudine. *A Precious Stone of the colour of Saffron.*

† Crocinum, neut. Calv. leg. Crocacinum.

Crocinus, a, um, idem subst. κροκοειδὴς, κροκώδης. *Of the colour of saffron.* Substant. signifie. *Ointment of saffron.*

Crocio, is, ivi, tum, ire, Plaut. verbum fictitium, à sono vocis, à κράζω, quod est à κράξ. *To croke or cry like a Ravens or Jackedaw.*

Crocis, Pl. 24. 17. herba cujus contactu phalangia emoriuntur. *A certaine herbe.*

Crocitatio, onis, fœm. gen. Fest. κρυγμός. *The croking of Crowes or Ravens.*

Crocito, as, freq. à crocio, Plaut. πολλακις κράζω. *To croke like a crow oftentimes.*

Crocitus, us, Non. Vide Crocitatio.

† Croco. as, v. Crocio.

† Crocodilea, Jun. κροκοδείλεια, sc. κάρη, simus crocodili terrestris. *The ſweet ſmelling thing of the land Crocadile, alſo a beaſt much like a Crocodile.*

Crocodilinus, a, um, adject. κροκοδείλινος. *Like a Crocadile or ſophiſticall.* Quint.

Crocodilium, ii, neut. gen. κροκοδίλιον, Plin. lib. 27. cap. 8. *An herbe like the thiſtle called* Camæleon niger.

Crocodilus, li, masc. gen. à croceo colore, Isidor. Var. autem statuit esse Græc. παρὰ τὸ δειλαίνεσθαι τὰς κρόκας, quod littora fugiat, οἷονεὶ περὶ τὴν γῆν δειλός, quasi qui sit in terra pavidus, vel ἀπὸ τοῦ κρόκου καὶ δειλοῦ, quòd timeat & averitur odorem croci. *A Crocadile.* Crocodilus dicitur etiam quæstio sophistica, unde crocodilinæ quæstiones, v. ceratinus.

† Crocomagma, atis n. Pli. 21. 20. κροκόμαγμα, magma croci. *Dregs of the oyle of Saffron.*

† Crocomerion, neut. κροκομήριον. *An herbe called* Leontopodium, Calep.

† Crocopeplos, κροκόπεπλος, auroræ epitheton, quasi croceam habens vestem.

† Crocophantia æ, f. g. Græc. rectius crocuphantia, à κρόκη trama, & φαίνω texo, velum ex trama textum. al. leg. crocoria, al. crocota seu crocotula, à flore, nam à Croco fit croceus, à quo crocotulæ vestes, Calv. *Shadowes which were worne next to womens caules of a yellow colour.* Vipian.

† Crocota, æ, f. κροκωτὸς, vel crocoma, n. à croceo colore. *A garment of Saffron colour.*

† Crocotarii, plur. masc. gen. Ap. *They that make ſuch apparell for women.*

† Crocotia vestes delicatæ fuerunt, unde proverbium γαλὴ κροκωτὴ, felicrocotum: quo utimur quum indignis honor exhibetur, Calv.

Crocotilum, valdè exile, Fest. ex Plaut.

Crocotinum, vel Crocotitium, n. g. Fest. gemis operis pistorii.

Crocottas, Hesyc. à croci colore. *A kinde of beaſt in Æthiopia.*

Crocotula, æ, f. g. dim. à crocota, Pl. κροκάριον. *A little Saffron coloured garment.*

Crocotularius, ii. masc. gen. Plaut. *A Dyer of Saffron coloured garments.* Calv.

Crocum, ci, n. g. & crocus, ci, m. ex Heb. כרכם carcom, Gr. κρόκος, κρόκη, Callim. παρὰ τὸ θάλλεσθαι ὑ κρύος, quod vireſcat & floreat in frigore. *Saffron, yellow chiccus within certaine flowers.*

† Crocuphantia, Vide Crocophantia.

Crocus,

Crocuta, æ, f. Solin. *A beast begotten betweene the Lioneſſe and the beaſt Hiæna, ex colore croceo*, Plin. 8. 30.

† Crolla, pro corolla, Plaut. dim. *A garland.*

† Crommyon, Gr. *An onion*, κρόμμυον, Ath. lib. 8.

† Cronia, orum, Gr. ἀ κρόνος Saturnus. *Feaſts dedicated to Saturne.* V. Criſp.

Croniceæ, arum. *Certaine ſtatues made for them that were thrice victors.* Plin.

† Cronimon, cepa canina.

† Crono erator, ſive decennii dominus, Græc. *A planet Lord of ten yeares.*

† Croſſia, fimbria, Ac.

† Croſſus, i, Gœl. 28. 6. *A pot to put wine in.*

† Crotaceus, a, um. *That hath a ſhrill voice.*

Crotalia, Plin. 8. 35. κροτάλια. *Pearles ſet cloſe together, ſo that they hitting one another make a ſound.* ex crotalo.

† Crotaliſtria, æ. *She that playeth upon a Crotalum.*

Crotalum, li, n. g. κρόταλον ἀπὸ τῆ κρόειν, à percutiendo. *A Cymball, a Rattle, a clapper, a ring of braſſe, ſtriken as an iron rod.* Virg. V. Criſp.

Crotalus, li, m. κρόταλος. *He that hath a ſhrill and ſounding voice.* Ca. Cr.

† Crotaphitæ, κροταφῖται, à κρόταφος, tempora. *The two muſcles that are in the temples.* Cal. Stup.

† Croton, onis, fœm. gen. Plin, vulgo catapucia major, Latinè ricinus. *A certaine ſhrubbe: alſo a certaine Gumme, and a kinde of flies.* V. Cal.

Crŭcĭabilis, le, adj. βασανιστός, Ap. *Painefull.*

Crŭcĭabĭlĭter, adv. Plaut. τιμωρητικῶς. *Painefully.*

Crŭcĭamen, n. Aug. βασανισμός, ἄνια. *A torment.*

Crŭcĭamentum, ti, n. g. & cruciabilitas, atis, f. Plaut. idem.

Crucians, tis, part. *Tormenting, vexing.*

Crŭcĭārius, a, um, Ap. *Worthy to be hanged, tormented, belonging to the croſſe or torment,*

† Crŭcĭārius, ii, maſc. gen. *A tormentor.*

† Cruciata, æ, f. g. Iun. *The herbe Croſſe-wort. Gentian. Fuſſot Cooper.* Iun. ἱερὸν ἄνθος senecio.

† Cruciatio, onis, fœmin. gener. V. Cruciatus. *A tormenting, a torment.*

Crucĭātor, oris, Jul. Firm. βασανιστής. *A tormentor.*

Cruciatorius, a, um. *Pertaining to torment.*

Crŭcĭātus, us, m. πόνος, βάσανος, ἄλγος. *Torment, griefe.*

† Crucibulum, li, neut. gen antiq. *A lampe, a watching candle, a kinde of clay.*

Crucicolæ. *Worſhippers of the croſſe,* Acerd.

† Crucicula, æ, f. g. dim. *A little Croſſe.*

Crŭcĭfĭgo, is, xi, xum, ĕre, à Crux & figo, Plin. σταυρόω, ἀνασταυρόω. *To crucifie, to naile to the Croſſe.*

Crucifixus, a, um, Sueton. σταυρωθείς. *Crucified, nailed to the croſſe.*

Crŭcĭfragium, ii. neut. gen. Pl. *He that hath his legs broken, a breake-leg.* Plaut.

† Crucifragus, a, um, qui crura frangit. *A hangman, &c.*

Cruciger, & crucifer, a, um, crucem gerens. *Hee that beareth the Croſſe.*

Igniger, a, um. ex ignis & gero, Ov. πυρόεις, πυρώδης. *Fiery, burning.* ignitius vinum, i. calidius.

Ignivomus, a, um. πυρίβολος. *That spitteth out fire.*

Ignōbilis, le, ex in et nobilis, ἀνώμαστος, ἀγνώτος, ἀδόξος, ἄσημος. *Unnoble, of low birth, unknowne, base, vile, of no name or estimation, odd mary, common, nothing spoken of.*

Ignōbilitas, atis, fœm. gen. ἀγνωσία, ἀδοξία. *Unnoblenesse, basinesse of birth.*

Ignobilitèr, adv. Gl. ἀδόξως. *After an unknowne fashion.*

Ignomĭno, as, avi. *To defame,* Cal.

† Ignominiatus, Gel. *Defamed.*

Ignomĭnia, æ, f. nominis nota, Non. ignominia nominis, i. famæ & existimationis privatio, aliquando pro eo qui ignominia afficit, Cal. infamia ex multorum sermone oritur, ignominia vero imponitur ab eo qui animadversione notare potest, ἀτιμία, δυσφημία *Discredit, reproach, slander, rebuke, dishonour.*

Ignominiōsè, adve. bium, ἀτιμῶς, ἀκλεῶς. *With reproach, or slaunder.*

Ignōmĭnĭōsus, a, um. ἀδοξος, aliquando ponitur pro eo quod affert ignominiam. *Infamous, reproachfull, ashamorable.*

Ignōmĭnis, e, ad Gloss. ἀνώνυμος qui gloria & laude carent quasi sine nomine Cal. ἀνώνυμος ἄφανος. *Of no estimation, without renowme or name.*

Ignōrābilis, le, quod facile ignorari potest, ἄγνωστος. *That may not easily be knowne.*

† Ignōrābĭlĭtas, fœmin. gener. *Unknowne.*

Ignorabiliter, adv. Ap. *That may not be understood,*

Ignōrans, tis, part. *Not knowing.*

† Ignorantèr, adverb. *Ignorantly,* T.

Ignōrantia, æ, f. ἄγνοια, ἀγνωσία. *Lacke of knowledge, ignorance.*

Ignōrātio, f. g. verb. idem. Ignoratio elenchi est fallacia in argumentatione, quum elenchus, id est, redarguti seu contradictio adversus alienam sententiam non instituitur legitimè, hoc est, ita ut serventur leges contradictionis, V. Arist. q. suntillæ, ut id. eidem secund. idem, seu eodem respectu, & eodem tempore opponatur; ut cum opponentis syllogism. non habet conclusionem secundum thesin propositam.

Ignōrator, m. Cod. *He that is ignorant of.*

† Ignoratus, à, um. ἀγνωστος *Unknowne,* ignorator. Comp.

Ignōro, as, & ignoror, aris, pass. ἀγνοέω, λανθάνω, ex in & γνωρίζειν nosco, alii ex ignarus: *Not to know, to bee ignorant,* Leg. passi.

Ignoſcens, tis, part. *Pardoning, &c.*

Ignoſcentia, æ, f. Gel. *συγγνώμη. Pardoning, forgiving.*

Ignoſcibilis, le, Gel. *ἀσύγνωστος. Tolerable, to be pardoned.*

Ignoſcitur, impers. Tac. *It is forgiven.* Et ignotum eſt. Cic.

Ignoſco, is, ōvi, tum, ĕre, remitto, indulgeo, tanquam non agnoſco amplius, non curo, non imputo. Item valdè noſco & diſco, nam in præpoſitio auget. Perot. *συγγινώσκω, συγγνώμονῶ, συγχωρῶ. To know well, to pardon, to hold excuſed.* Lactāt. Pro ignoro & non intelligo.

Ignoſciturus, V. ignoturus.

Ignōtūrus, a, um. p. ex ignoſco. *That will pardon.*

Ignōtus, a, um, ex in et notus, non cognitus, qui ignoratur, *ἀγνωστος, ἀγνόημος. Unknowne, alſo ignorant,* ignotior, comp. Liv. ignotiſſimus, a, um, Suet. ignotum, condonatum, ab ignoſco Terent. Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt.

I *ante* L

IH. In notis antiq. juſtus homo, vel in honeſtatem, IL. jure legis, vel in loco, vel juſta lex, vel intra limitem, &c.

Iis pro ibus vel eis. Plaut. iis. 1000000. Seſterciis.

Ila, æ, f. Hor. pars lumbi ſeu lateris in ſue. *The leaſt part of a thing that may bee imagined,* Vide Ile, & Hilla.

† Ilarcha, *ἰλάρχης* vel *ἰλάρχος*, equitum turmæ præfectus, Ilæ eſt turma vel *εἶλη* ab *εἰλέω* in arctum congrego, *ἄρχος* præfectus.

† Ilarchus, chi, maſcul. *ἴλαρχος*, Cæl. Rod. gr. *ἴλας*, equitum turma, app. *The captaine of a troupe of horſemen.*

Ile, is, n. Pl. ilē, ilēon, & ileos, ab ina vel ima. Feſt. Perot. ab *εἰλέω*, quod involvo ſig. vel ab *εἰλέω* in arctum cogo, *ἑλεὸς*, alias *κοιλία* locus appellatur qui eſt inter thoracem & os coxæ. *The part of the entrals which containeth the three firſt or ſmall guts, the ſmall gut, the third gut from the ventricle.*

Ileon, *εἶλεον*, inteſtinum eſt ordine à ventriculo tertium, quod incipit ubi jejunum deſinit, à qua parte obſtructa nomen deſumpſit morbus peracutus, qui ileos *εἰλεὸς* appellatur. V. Stup.

Ileos ſive ileus, ei, m. Pl. *ἴλεος*, ab *ἵλεως* miſericordia, quod dolor ſit miſerandus, ileus eſt ex inteſtinis tenuibus, M. dict. quod pluribus orbibus & anfractibus involutum ſit, *εἰλεῖν* eſt vertere, item morbus tenuioris inteſtini, dict. quod *εἰλεῖσθαι* inteſtinum eo præcipuè torqueatur, Iſid. Ileos dolor inteſtinorum, undè & ilia dicta ſunt. *A ſtopping of the ſmall guts with ſuffering nothing to paſſe downward: cauſing a great paine and wringing in that place, the ſmall gut.*

Ileōſus, Pl. *εἰλεώδης, λαγονόδυνος. He that is ſicke in the wringing of the ſmall guts.*

Ilex, cis, f. Virgil. אלה alah, vel אלון alon, Iſid. ab electo, quod homines fructum ejus ad victum ſibi elegerunt ilicis, *πρῖνος. A kinde of tree.*

Ilia, um, n. ab ina dicta quæ pars eſt chartæ tenuiſſima, item ab ina inane, id eſt, tenue, minutum, apud gr. *ἰλὺς* eſt inanefacio, vacuo, V. Ile. *The flanke or ſmall guts.*

Iliacus, a, um. ad. undè iliaca paſſio. *The collicke.*

Ilias, adis, f. *ἰλιάς*, Ovid. dict. quod bellum contineat apud Ilium inter Græcos & Trojanos. *Homers poeme of the deſtruction of Troy.*

Ilicet, Plaut. ire licet, veluti jam finis rei ſit: nam ſacrisolim peractis ſucclamabat ſacerdos ilicet. i. ire licet, qua voce illos qui interfuerant miſſos faciebat. Idem dicendum de extĕplo, quo ſignificabatur ut exirent è Templo. Interdum affirmantis eſt, aliquando ponitur pro ſtatim. Vide extemplò, *ἴθι δή, παραυτίκα. You may goe when you liſt, you may depart when you will, incontinently, immediately, ſuddenly, alſo it is ſo without doubt.*

Ilĭcētum, neut. gen. Mart. *φρυτὸν*, locus ubi ilices naſcuntur. *A grove where the tree* Ilex *groweth.*

Ilĭcĕus, a, um, ab ilex, Stat. *πρίνινος. Of holme.*

Ilĭcò, adv. quaſi in locoillo, Perot. *παραυτίκα, ἰσοδιαίτως, ἰδιαιτῶς. Anon, in all haſte, forthwith, alſo in the ſame place,* Feſt. *without doubt.*

Iligneus & ilignus, a, um, Col. id. quod iliceus.

† Iliagus eſt tenebricoſa vertigo, v. Hip. Aph.

† Iliōſis, & ſtrabiliſmus, & ſtrabiſmus, ſunt invitæ muſculorum palpebras moventium concuſſiones, Gal.

† Iliosus, v. ileoſus.

† Ilium, eſt apophyſis oſſis ſacri ſuperna & ampla, continens intus ventris imi partem plurimam, tangenſque ilia.

† Ilia, æ, *σκίλαξ, κλίνης*, Gl. *ἰλὰς*, eſt vermis.

Ilăbefactus, a, um. ex in & labefactus, Gr. *ἀλίβαρτος. Never weakned or made feeble.*

Ilăbor, bĕris, lapſus ſum, labi: *ὀλισθαίνω, εἰσρέω. To ſlide or ſlip in, to runne or flow in, to fall in, to enter in.*

Illăboratus, a, um, adject. Quint. *ἀπόνητος. Done or made without labour, plaine, unlaboured.*

Illăboro, as, Tac. *ἐπιπονέομαι, ἐπιμοχθῶ. To labour or travell.*

Illac, adverbium per locum illum, *ἐκεῖ, ἐκεῖθεν. On that ſide, that way, thither.*

Illăcĕrābilis, le, Sil. *ἀδάκρυτος. That cannot be teare.*

Illacessītus, a, um. adj. Ter. *ἀπροκατάκλιτος. Not provoked, unſolicited.*

Illachrymandus, a, um. Aug. *Worthy to be lamented.*

Illachrymatio, f. Agel. *A weeping or bewailing.*

Illachrymans, p. *Weeping.*

Illachrymabile, Hor. *ἀδάκρυτος, δυσθρήνητος. That will not be moved with pittie.*

Illachrymo, as, & illachrymor, aris, *ἐπιδακρύω. To weepe or lament greatly, to ſweat or ſend out moiſture.*

Illaĕnātus, Gel. *So farre, hatched illa.*

Illæ pro illius, Luc.

Illæc, pro illa hæc, Ter.

Illæsus, a, um. adj. Plin. *ἀπαθής. Unhurt.*

Illætābĭlis, le, Vir. *ἄχαρις. Sorrowfull, without mirth.*

† Illævigatus, pro inconditus, Diom.

Illapsus, us, m. ab illabor, Col. *ἐπίσκυσις. A falling or ſliding in.*

Illăqueo, as, laqueis implico vel conſtringo, irretio, *ἐμπλέκω.* Tacit. *binde, ſnare or intangle,* & illaqueor, aris, Liv.

Illaqueatio, ōnis, fœm. gen. Liv. *A ſnaring.*

Illaqueator, m. Tacit. *He that intangleth.*

Illaqueatus, a, um. adj. Sueton. *Intangled.*

Illātābĭlis, le, Gel. *Without bredth.*

Illātĕbro, as, *ἐνεπικρύπτω. To hide in corners.*

Illātĕbrātio, f. Dig. *An hiding or ſeeking of corners.*

Illātĕbroſus, a, um Capell. *Full of corners.*

Illātenus, ex illa & tenus, pro conſq; Gel. 19. 16.

Illātio, ōnis, fœm ver b. ab infero, Dig *εἰσφορά, εἰσαγωγή. A bringing in.*

† Illātrātor, m. Dig. *He that barketh, or yelleth.*

Illatro, as, Luc. *ἐπικυνέω. To barke againſt one.* leg. & illatreor. *To be ſlandered & barked at.*

Illatratio, ōnis, f. Tac. *A barking againſt one.*

Illatus, a, um. particip. ab inferor, Plin. *εἰσενεχθείς, Brought in, done.*

Illau-

Illaudabilis, le, Gel. ἀνεπαίνετος. *Unworthy of praise.*

Illaudabiliter, adverb. *Vncommendably.*

Illaudatus, a, um, adject. Virg. *Not worthy to be named, worthy no honest report and commendation.*

Illaudo, as, Plaut. *To dispraise.*

Illautus, a, um. antiq. Plaut. *Foule or filthy, vnwashed.*

Ille, a, ud, genit. illius, dat. illi, ille ex Heb. אלה aelleh, ἐκεῖνος. *Hee, that man, the foresaid, the selfesame.*

Illĕcĕbra, æ, f. ab illiciendo dicuntur quibus aliquis illicitur, θέλγητρον, ἅλωσις, ἐπαγωγή. *An inticement, a pleasant allurement, or baite.*

Illĕcĕbratio, fœm. gen. Gel. *An alluring.*

Illĕcĕbrator, m. gen. M. *Hee that alureth.*

Illecebro, as, Pap. *To intice or allure.*

Illĕcĕbrōsè, & illecebrōsius, Plaut. θελκτηρίως. *Wantonly, alluringly.*

Illecĕbrōsus, a, um, Plaut. θελκτικός, ἑπαγωγός. *That draweth and alureth.*

Illecĕmentum, ti, Apul. θέλγημα. *An inticement.*

Illĕctatio, f. Cod. *An alluring.*

Illecto, as, Au. *To allure, to entise.* Sup. ab illicio.

Illector. *To be enticed.* Dig.

Illectum, ti, n. Ovid. ἐπιτήδευτον. *A thing vsuall.*

Illectus, a, um, ab in & lectus, à lego, Gaius, ἀσύλλεκτος. *Vngathered, also vnread,* Ov. *rifled, or reaped.*

Illectus, a, um, part. ab illicior, ἑλκυσθείς, θελχθείς. *Inticed, allured, ouercome.*

Illectus, us, masc. ul. gen. ab illicio, θελκτρόν. *An alluring or enticing.*

† Illĕgĭtĭmæ costæ, i. nothæ, spuriæ, & mendosæ sunt quatuor ultimæ quæ ad pectoris os non pertingunt. Sup.

Illegitimè, ἀνόμως. *Vnlawfully.*

Illĕgĭtĭmus, a, um. adject. *Vnhappily begotten, bastard, base borne.*

Illepĭdus, a, um, adj. ἄχαρις, ἀκόμψος. *Without delectation or grace, vnpleasant.*

Illepĭdè, adv. Pl. ἀχαρίτως. *Vnpleasantly.*

Illex, ĭcis, Pla. qui sine lege vivit, ἄνομος. *Lawlesse, that liueth without a law.*

Illex, ĭcis, & illix, subst. Plaut. ab illiciendo ἐπαγωγή. *A call to deceiue birds, or a plot of any deceit,* metaphoricè, illex, adject. ut illices oculi. *Wanton, alluring and enticing eyes.* Apul.

Illi, adv. Ter. ἐκεῖ. *In that place.*

Illibatè, adv. Dig. *Without wasting or touching.*

Illibatus, a, um. adject. ἀδιάφθορος, ἄθικτος. *Vntouched, vntainted, vndefiled; also faultlesse, pure, sound.* non libatus.

Illĭberalis, le, ἀνελεύθερος, *Without kindnesse or courtesie, villanous, nothing liberall, homely, seruile.*

Illiberalitas, atis, f. ἀνελευθερία. *Niggardnesse.*

Illiberalitĕr, adv. ἀγεννῶς, ἀνελευθέρως. *Niggardly, vnhonestly, vncourteously.*

Illiberis, is, Terent ἄπαις. *Without children, carens liberis.*

Illic, adverb. in loco illo, hoc, Ter. ἐκεῖ. *There.*

Illĭcio, is, exi, ectum, ĕre, ex in & lacio, ἀφέλκω, θέλγω. *To prouoke, to allure, to intice.*

Illicior. *To be allured.*

Illicitè, adv. Dig. ἀνόμως. *Vnlawfully.*

Illĭcĭtus, a, um, adj. ἐξώλεστος, ἄνομος. *Vnlawfull, vnhonest, vncomely.*

Illĭcium, n. Var. & inlicium, ab illiciendo dict. θέλγηθρον. *A prouocation; the manner of calling the people in an assembly.*

Illĭcius, a, um. adj. *Inticing, alluring,* Ap.

Illĭco, vel ilico, quasi eodem in loco, ibid. item subito, nempe in loco antequam eum mutem, ἐυθέως, ἀντίκα, παραυτίκα. *Incontinent, forthwith, by and by.*

Illĭdo, is, si, sum, ĕre, ex in & lædo, al. ab in & lido antiq. Perot. ducit à lino, θραύω, ἐγκρούω. *To drive or beat to a thing, to dash or thrust into, to strike vehemently.*

† Illidor, ĕris, Lucr. *To be driven or beaten against.*

Illĭgo, as, θραδίω, innecto, intexo, per translat. implico, involvo. *To binde, compasse, fasten to, to intangle, to enterlace, to make, to take part with.*

Illĭgatio, f. Vitruv. *An inwrapping or intangling.*

Illĭgatus, a, um, participium, ἐμπλεκόμενος. *Intangled, wrapped, knit, fastned.*

Illĭgator, m. g. Poet. *He that tieth or fetcheth in.*

Illĭmis, me, ex in & limus, Ovid. ἄπηλος. *Without mud or slime.*

Illimus, a, um adjectivum, vide illimis.

Illinc, adverb. de loco, ab ille & hinc. ἔνθεν. *From thence, from that part,* hinc, illinc, Ter. *On every side.*

Illinctus, Teren. sic vertunt, quod ἐκλειγμα ab ἐκλείχω, sed hoc proprie est quod delingitur, ἐκλείχειν autem lingendo indere, quasi illingere. *Broth or liquor that may be supped, also a medicine.*

Illĭnio, is, i, vi, i, tum, ĕre, Pl. ex in & linio, ἐπαλείφω. *To annoint one softly.*

Illĭnĭtor, Cels. *To bee annointed softly.*

Illino, is, lĕvi, & levi, litum, ĕre, Liv. ex in & lino, ἐπαλείφω, ἀπαλείφω. *To annoint with any liquor, to slubber, or spoile, or smeare.*

Illinor, ĕris. *To bee annointed or smeared.*

Illiquefacio, feci, factum, ĕre, ἐκτήκω. *To melt, or make liquid.*

Illiquĕfio, fis, factus, Cels. *To be melted.*

Illiquefactus, a, um. participio *Melted.*

Illisio, v. Collisio.

Illisce ædibus, Plaut. & illasce ædes.

Illisus, a, um. part. ab illidor, θραυσθείς. *Dashed, beaten, bruised against some thing.*

Illĭsus, us, m. & illisio, ōnis, f. Plin θραῦσις, θραύσις. *A dashing to, or against something.*

Illiteratè, adverbium. *Vnlearnedly:*

Illiteratus, a, um, & illimus, Plin. literarum expers, ἀγράμματος, ἀμαθής. *Vnlearned, without knowledge of good letters,* Gel *not written in letters.*

Illitus, a, um. ab illinor, ἐπαλειφόμενος. *Noynted, smeared, painted, embroidered.*

Illitus, us, m. verb. Plin. ἐπάλειμμα. *An annointing.*

Illiusmodi. *Of that sort.*

Illix, icis, Non. *Alluring or enticing.*

Illò, adv. ad locum, Ter. ἐκεῖσε. *Thither, to that place.*

Illocābilis, le, adjectiv. Plaut. ἀνέκδοτος. *That cannot be hired or let out, that cannot bee married for want of Dowry.*

Illorsum. *Thitherward.*

Illōtus, a, um, ἄπλυτος. *Foule, vnwashed.*

Illŭbricans, p. *Moving or stirring softly.*

Illuc, adv. ad locum illum, ἐκεῖ. *Thither, to that place.*

Illuceo, es, xi, ēre, & illucesco, is, ere, in re aliqua luceo, ἐμφαίνω, ἐπιλάμπω. *To be light or cleare, to be day, to shine, to appeare or shew it selfe.*

Illūcido, as. *To enlighten or give light.*

Illucidus, a, um. adj. *Darke or obscure.*

Illuctor, āris, Stat. θρασυπαλαίω. *To strive or wrestle, to struggle.*

Illuctans, tis, p. & verba illuctan-

tia, Suet. Stut. *Hardly pronounced, or puffed up.*

Illud horæ, pro ea hora.

Illudo, is, si, sum, ere, ludibrio habeo, derideo, aliquando per ludum noceo, illusisse corpus dixit de re veneréa. Cal. ἐμπαίζω, ἐπιχλευάζω; *To spend foolishly as not regarding, to cast away, to scoffe.*

Illudor, eris, Stat. *To be mocked.*

Illudens, tis, p. Ovid. *Scorning at, or mocking.*

Illumino, as, lucidum reddo, λαμπρύνω, φαιδρίζω. *To give light, to make plaine, to adorne or beautifie.* leg. & illuminor.

Illuminatus, a, um, πεφωτισμένος. *Taking light, or lightned of.*

Illuminātè, adv. ἐμφανῶς, λαμπρῶς; *Clearely, evidently.*

Illuminatio, onis, f. Macr. φωτισμός. *An enlightning.* illuminatio baptismus, Ac.

Illuminator, m. Aug. *Hee that enlightneth.*

† Illuminatorium, baptisterium.

Illuminus, a, um, adj. quod est sine lumine, Ap. ἀφώτιστος. *Without light.*

† Illunc, pro illum, Plaut.

Illunis, ne, Plin. illunus, a, um, Ap. sine luna, lunari splendore viduatus, σέληνος. *Without Moon-shine, lightlesse.*

Illusio, onis, f. g verb ab illudo, ἐμπαιγμός. *A mocking or scorning.*

Illusor, m. Pla. ἐμπαίκτης. *He that mocketh.*

Illustrè, ius, issimè, adverbium. *Clearely.*

Illustro, as, ex in & lustro, rem aliquam lucidare efficio, lucem affero, illumino, ab in & lustro, sicut perlustro, λαμπρύνω, διαυγάζω. *To make light or cleare, to make famous and well knowne, to commend, to declare, to open, to bring light to.*

Illustror, aris, ex in & lustrum. *To be made light.*

Illustratio, onis, f. g. verb. αὐγασμός, καλλωπισμα. *A decoring, an evidence, or making manifest or plaine.*

Illustramentum, ti, neut. gener. Quintilian. λαμπρυσμα, κόσμημα. *That maketh more beautifull, manifest, or plaine, that doth adorne or beautifie.*

Illustrandus, a, um, p. Val. Max. *To be adorned, renowned, decked, honored.*

Illustrans, tis, participium. *Honoring, beautifying, making manifest and plaine.*

Illustratus, a, um, p. Valer. Max. *Made lightsome, made famous or known, declared.*

Illustris, stre, strior, issimus, & illustro, ex in & lustro, illustris, qui præ omnibus illustratur, M.S. Illustris, splendidus, ab in augente & lustro ἐπιφανὴς, Isidor. illustris nomen notitiæ est, quod clareat multis splendore generis, vel sapientiæ, vel virtutis. Est etiam dignitatis nomen, Alciat. quatuor sunt ordines dignitatum, super illustres, ut patricii & senatores: alii illustres, ut Consules, præfectus prætorio: alii spectabiles quales præfectus urbis. Prætor, Proconsul: alii vero clarissimi, sicut Præsides provinciarum. ἐμφανὴς, λαμπρὸς, φαιδρὸς, φωτεινὸς, εὔφημος. *Lightsome, cleare, bright, shining, famous, noble, well known, excellent.*

Illustrissimè, adverbium, Gel. *Renownedly, very excellently, or famously.*

Illustriùs, adv. *More clearely.*

Illusus, us, m. *A mocking.*

Illusus, a, um, p. ἐμπεπαιγμένος. *Mocked scorned.*

Illutibarbus, qui illutam barbam habet, Ap.

Illutibilis, le, Plaut. *That cannot bee purged from filth.*

Illutus, a, um, Hor. ἀπολελουτρωμένος. *Washed, foule.*

Illuvies, ei, f. ab illuo, ex in & lavo, ἀλυσία. *Vncleannesse, filthinesse in men or garments,* quam aliquid non est lavatum.

Illuviosus, a, um, adject. Non. *Filthy.*

I *aute* M

I M. in notis antiq. Hymnus. I M. jam. I M P. imperator, &c.

† Im, veteres dicebant pro eum, ex is.

Imaginabundus, a, um, similis imaginanti, & qui sibi imaginatur, Apul. 3. metam.

Imaginārius, Perot. imaginarium dicimus quod re non est, sed tantum cogitatione comprehenditur; imaginarium quod in imagine repræsentat aliquid.

Imaginātor, óris, m. T. ex Aug. *He that imagineth or deviseth.*

Imāgino, as, Gel. ex imago, imagines facio, seu repræsento, εἰκονίζω, ἀπεικάζω. *To make Images, to act the figure of ones image.*

Imaginor, aris, dep. Pl. per imaginem animo factâ concipio. Gl. ἀναπλάττομαι, ὑποτυποῦμαι, εἰκάζω. *To imagine, devise or conceive.*

Imaginosus, a, um, plenus imaginum.

Imaginosus morbus est φρενῖτις, quum phantasmata animo occurrunt. Catul. solet hæc imaginosum (scil. morbum) ægrotare.

Imago, ginis, ab imitatione, Fest. imago, qu. imitago, quia imitatur, & repræsentat suo modo rem cujus est imago, aliis ab imor, unde fit imitor, M. ab ἴγμα quod est imago, ab ἴσον similis sum. est enim imago quæ repræsentat aliquid, id scilicet, ad cujus exemplum est facta. id etiam dicitur imago ad cujus exemplum fit vel est aliquid. imagines & simulacra deorum nullæ Romanæ fuerunt annis 170. solebant ponere imagines nobilium in atriis, inde imagines pro nobilitate, imago pro vagina, Rhetores imaginem εἰκόνα vocant quandam orationis figuram cum res gestæ indicantur non simpliciter, sed ut gestæ sunt indicantur, εἰκών, τύπος, εἶδος, μορφή. *An image, a similitude, a representation of a thing, a vision, an illetry, an imagination, a patterne, an example, the proportion, the resemblance, the figure, a pretence, colour, cloake, or a sheath.*

Imaguncula, æ, f. dim. Suet. εἰκόνιον. *A little image.*

Imāginārius, a, um, Suet. ab imago, φανταστικὸς, σφαλερὸς τοῖς πολλοῖς. *Done by a forme and fashion, and not truly and indeed, only imagined in mind, faigned.*

Imāginārius, m. Veget. *He that carried the images of the Emperors in his tent.* Imaginifer, idem.

Imaginifer, idem.

Imaginis, onis, f. Plin. φαντασία, ὑποτύπωσις, εἰκονισμός. *An imagination, or conceiving in the mind.*

Imaginator. *Hee that imagineth.* Aug.

Imāginōsus, a, um, Catul. εἰκονώδης. *Full of images.*

† Imaginabilis, le, quod mente concipi potest, ἐφάντος.

† Imaginifer, v. imaginarius.

Imāginātīvus, a, um, adject. Gel. *Phantastical.*

Imaginatus, a, um, adj. Juv. *Imagined, imaginalitèr.* Aug. imaginatus. Accr. *Graven with images.*

† Imas, v. gargareon.

† Imantion, Gr. Jun. *A disease of the vulva.*

† Imarmene, εἱμαρμένη. fatum M.

† Imbalnitics, ei, f. ἀλουσία. Lucil. *Neglect of washing.*

† Imbarbesco, cis, F. To *have a beard.*

Imbēcillis, le, & imbecillior, & imbecillus, a, um, qu. bacillo destitutus, vel imbellis, imbecillis, i. sine baculo, ut inermis, à senibus qui ope scipionis destituti labascunt, & infirmi sunt, ἀσθενὴς, ἀδύνατος, ἀνώνυμος. *Feeble, weake, faint, of small strength, impotent.*

Imbēcillitas, atis, f. ἀδυναμία, ἀδρωσία, ἀῤῥωστία. *Feeblenesse, weaknesse.*

Imbēcillitèr, adv. & imbecillis, adv. ἀσθενῶς. *Feebly, weakly, faintly.*

Imbellia, æ, f. Macrob. ἀνανδρία, ἀνδρία. *Cowardlinesse in war, lacke of courage in the field.*

Imbellis, le, quasi bello parum aptus,

apros, ἀμεκτος, ἀτιλος, ἀπόλιτος. *Nothing manly, cowardly, fearefully, womanly, wanton, quiet or calme.*

† Imberbus pro imberbis.

Imber, bris, m. g. Scal Latin. o in i. ut ex ὄμβρος imber, ὄμβρω ἀπὸ τῆ ἀμὰ βέιν, al. ex ὀμὲ βρύειν, una desluere. Isid. imbres dict. quod terram inebrient. ὄμβροι, ἱετὸς. *A showre of rainewater, also weeping or abundant teares.* Imber per tralat. pro quovis humore, item pro lachrymarum effusione.

Imberbis, be, barba carens, ἀγένειος, ἀπώγων. *Beardlesse, without a beard.*

Imbibo, is, bi, itum, ĕre, ἐμπίνω, bibo per metaph. sig. comprehendere, concipere. *To receive in, to conceive in, to drinke in.*

Imbitas pro intro eas. Plaut. à bemus. Imbonitas. Tert.

Imbractĕātus, a, um, part. Am. Mar. *Couered over with plates of iron or complete harnesse.*

Imbracteor, āris, pass. Am. Mar. *To be guilded or laid over with gold faile, or leaues of gold.*

† Imbracteo, bractea includo, v. bracteatus.

Imbrex, icis, m. g. Plin. Canalis vel tegula per quam imber fluit. fit ex ὄμβρος & βρέχω, qd. imbribus irrigatur, γύτεια, σωλὴν. *The gutter tile or roof tile being halfe crooked.* imbrices genus plautinum, Suet.

† Imbricamentum, ti, neut. Grat. opus imbricatum. *The eaues of the house.*

† Imbricatio, f. Gloss. *A couering with tile.*

Imbricatim, adv. Pl. σαλωνειδῶς. *In the manner of a roofe tile, laid one vnder another like tile.*

† Imbricium, cii, n. *The couering of an house.*

Imbricōsus, a, um. *Full of roofe tiles.*

Imbriculus, li, m. Dim. *A little shower.*

Imbricatas, a, um, adj. Vitr. γυτοειδὴς. *Halfe round like a gutter.*

Imbricitor, oris, m. Enn. qui imbres ciet, quidam leg. imbricitur, ὀμβρεται, βρέχεται, quam lectionem Scal. improbat apud Fest. *That raiseth stormes, or showres.*

† Imbricitur, Glo. ὀμβρεται, βρέχεται. M leg. imbre icitur.

Imbrico, as, Pli. ἀγογγυτοεῖν. *To couer with tiles, to make like a roofe or crooked tile.* item humidare.

Imbricor, aris, Pli. *To be roofed.*

Imbricus, a, um. adject. ὀμβριος, ὑετιος. Plaut. *That bringeth raine-water.*

† Imbridus, a, um, ὑμβριερός. *Stormy, rainy.*

Imbrifer, a, um, Col. idem.

† Imbrumāti, quibus est fastidium. Βρώμης. i. cibi.

Imbrices, genus plautinum, Suet. in Nero c. 20.

† Imbonitas, ātis, fœm, non bonitas. Cal.

Imbubino, v. bubino.

Imbūbīno, as, Non. *To defile with menstruous fluxes.*

Imbunitatus, a, um, part.

Imbulbitare, Cælbitizare, Fest. ex Cælbere. i. simus vel stercus, *To defile with childrens ordure.*

Imbuli. Isid. quia sub iis ambulant. Imbulus, Isid. vel quia sub volumine sunt. V. D. imbulus quasi inambulus, locus ad ambulandum spatiosus. *Walking places in the street.*

† Imbūmentum, n. Gloss. *An infecting or staining.*

Imbuo, is, bi, ūtum, ĕre, ex in & βύω buo, farcio, alii quasi imbibo, Fest. imbutum est quod cujuspiam rei succum bibit, unde infantibus an veline bibere dicentes, bu syllaba contenti sumus, ἐμβάπτω, ἐμβρέχω, καταβύω. *To annoint, moist, or wet, to die cloath, to instruct, διδάσκω, to indue, to furnish, to stinke into.* imbuo per translat. pro initiare, instituere, erudire.

Imbuor, eris. Liv. *To be taught.*

† Imbutio, onis. ὑποβιβασμὸς, μύησις. Gloss.

Imburum est quod cujuspiam rei succum bibit.

† Imburus, a, um, part. διυθὴς. *Stained, berayed, instructed, filled full of, infected.*

† Imbursio, ās, Pap. *To make a purse.*

† Imburum, fictum ab urbo, quod ita flexum est ut redeat sursum versum, ut in aratro quod est urbum vel urvum: rectius à bura, v. Turn. l. 23. & Scal. ad Var.

† Imifinum vel imifilum myxium genus vestis. Acerd.

Imĭtor, āris, legitur & imito: Non. ab imor, unde imitor: al. ex μιμεῖσθαι. q. mimitor, ἐμμιμέομαι, alium mihi imitandum propono, per translationem pro simulare. *To resemble, to counterfeit.* v. M.

Imitabilis, le, μιμητὸς. *That may be followed.*

Imĭtāmen, ĭnis, neut. gen. Ovid. μίμησις, μιμημα. *A counterfetting, a following.*

Imitamentum, ti, neut. gener. Gel. idem.

Imĭtandus, a, um, part. μιμητὸς. *To be followed.*

Imĭtans, tis, part. προσοικειῶν, μιμούμενος. *Resembling, counterfetting.*

† Imĭtās, ātis, i. ima pars. Ac.

Imitatio, ōnis, fœm. gener. verb. μίμησις, ἔκμιμα. *A following, a counterfeiting.*

Imĭtātor, ōris, m. verb. μιμητὴς μίμος. *A follower.*

Imĭtātrix, cis, fœm. gener. verb. μιμητικὴ. *A woman that counterfeiteth.*

Imitatus, a, um, particip. μιμούμενος, ἀναπαιόμενος. *Counterfeited, followed.*

† Imitativus, a um. *Made, or done by imitation.*

Imitus, adverb. Apul. ex imo. *Below.*

Immăcŭlātus, a, um, Luc. ἀσπίλος, ἀμιαντος. *Vnspotted, undefiled, vnsoiled.*

Immădĕo, es, ui, ēre. ἐμβρέχομαι, ὑγραίνομαι. *To be moist or wet.*

Immanis, ne, ior, issimus, a, um, Fest. ferus sive magnus, Isid. immanis quia non bonus, sed terribilis & crudelis, Manium n. bonum dicebant unde κατ' ἀντίφρασιν dii manes, minimè boni, vel quia ad manus non affuescant, vel à μανία. aliq. pro ingenti, magno, sive immenso, aliq. in laudem sumitur, aliq. pro fœdo, ἀγριος, ἀπάνθρωπος, θηριώδης, πελώριος. *Cruell, outragious, fierce, huge, exceeding great, terrible, unreasonable, wonderfull, filthy, horrifull.*

Immanè, pro immanitèr, Salust.

Immanitèr, adverb. Ap. μεγάλως, *Mightily, wonderfully, exceedingly.*

Immanitas, atis, ἀπάνθρωπια, ἀγριότης, ὠμότης. *Outragiousnesse, cruelty, excesse, hugenesse.* ἀμετρία.

Immansuetus, a, um, ilissimus, a, um, Ov. ἀνήμερος, ἀπάνθρωπος. *Vngentle, unpleasant, untractable, outragious, cruell, wilde.*

Immansuetior, comparat. Senec.

Immansuetè, adverb. August. *Vngently.*

Immănuel, אמנו עמנו heb. gnimmanuel, i. e. nobiscum Deus, nomen Christi.

Immarcescĭbĭlis, le, Isid. ἀφθαρτος. *Vncorrupt, immortall,* à marcesco.

Immarcesco, is, ui, ere. Hor. ἐκμαραίνομαι, σήπομαι. *To corrupt, or rot.*

Immaturus, a, um, adject. ἄωρος, non maturus, incoctus. proprie de frugibus dicitur, cum ante tempus colliguntur. aliq. intempestivus, inconsideratus, præceps, ut consilium immaturum, i. e. præcipitatum. *Vnripe, greene, sower, unpleasant, out of season, over hastly, also not marriageable,* ἄωρος.

Immaturitas, atis, fœmin. gener. ἀωρία, ἀκαιρία. *Vntimelinesse, unripeneesse.*

Immaturè. *Before the time or season, slowly,* unde immaturius, comp. Apul. *More late, or lesse speedily.*

Immensus, part. Plin. l. 11. 39.

Immedicábilis, le, Virg. ἀνία-τος, ἰᾶτρεύτος. That cannot be cured.

Immedicátus, a, um, Ap. Plyed with medicines

Immediate, adv. Gel. ἀμέσως. Forth-with, by and by, quickly, next of all.

Immediatè, adv. ἀδιαστάτως. Inconsiderately, unadvisedly.

Immédi tátus, a, um, p. five verb. ἀπαλάτητος. Not premeditated, not affected, not curious.

Immeio, is, minxi, minctum, mingere. Ulp. ἐνουρῶ. To pisse in or upon.

Immémorátio, ónis, f. g. Plaut. Forgetfulnesse.

Immemoranda, idem.

Immémor, oris, ad. omnis generis, qui non meminit, immemor beneficiorũ passive leg. Ter. ἀμνήμων. Forgetfull, unmindfull.

Immémorábilis, Pl. ἀμνημόνευτος. Unworthy remembrance, that is to be forgotten.

† Immemoria, æ, f. Pap. Forgetfulnesse, unmindfulnesse.

Immémorátus, a, um, Hor. ἀμνησθείς. Not told before.

Immensè, adv. Cæsar. Greatly.

Immensus, a, um, issimus, Spart. quod nulla dimensione potest comprehendi ἀμέτρητος, ὑπερμέτρος. Passing all measure for greatnesse, huge, insatiable, bottomlesse, infinite, unreasonable.

Immensitas, átis, f. ἀμετρία. Exceeding greatnesse.

Immeo, as. Pl. ἔρχομαι, εἰσέρχομαι. To go or enter in, meo, imato.

Immerens, tis, p. Hor. qui nihil commeruit. ἀναίτιος, ἀσύγκλητος. That hath not deserved, innocent.

Immerenter, adv. ἀναξίως. Without desert or cause, undeservedly.

Immergo, is, si, sum, ĕre ἐμβάπτω, ἐνεκολάπτω, ingo, interd. petitus conjicere, aliqui. submergo. To drowne, to plunge or dip in, to fall into, to enter privily into, leg. & immergor.

Immeritus, a, um, p. Ov. v. immerens.

Immeritissimè, adv. Ter. Most unjustly, most wrongfully.

Immeritò, adv. ἀναξίως, παρ' ἀξίαν Without deserving.

Immeritum, ti, n. Plaut. Without desert.

Immersibilis, le, Hor. ἀβάπτιστος. That cannot be drowned.

Immersus, a, um, part. ab immergor, ἐμβαπτίς. Plunged or drowned in the water.

Immersátio, ónis, f. g. Ter. A dipping or drowning in the water.

Immersio, ónis, fœm. ab immergo, idem.

Immersus, a, Aug. To dip or plunge in the water.

Immétátus, a, um. ab in & metor, ἀόριστος, Hor. Not measured or bounded.

Immigrátor, m. Dig. He that changeth into a place.

Immigratio, onis, f. An entring into a place.

Immigro, as, μετοικίζω, ἀποικίω, in aliquem locum migro, ingredior, invado. To enter in, to come into, to go and dwell in a place.

Imminentans, tis, part. ἐπιῶν, ἐπικείμενος. At hand, approching, hanging over our head, earnest, v. eminco.

Imminenter, adv. Imminently.

Imminentia, æ, fœm. Gel. ἐπίστασις An hanging above us if it were ready to fall.

Immineo, es, ui, ere, ex in & maneo, al. ex in & mineo pro summitate, ἐπιφαίνομαι, ἐπιτίθεμαι, insto, impendo. Imminet exitio alterius, est vigilare & insidiari ad inferendum alteri exitium, imminet, Gl. ἐξίσχει. To hang or hover, ready to fall, or be at hand, to seek occasion to.

Imminuo, is, ui, utum, ere, μειόω, ἀλαττόω. To abate or make lesse, to cut off, to deflowre, to asswage.

Imminuor, eris, Liv. To be lessened.

Imminutio, onis, f. ἐλάττωσις, μείωσις, ἐκμείωσις. A diminishing, a making lesse.

Imminutus, a, um, p. ἐλαττούμενος Made lesse, decayed, not equall to, also not diminished, Dig.

Immisceo, es, ui, stum, ere, μίγνυμι, συμμίγνυμι. To mingle together, to put into, to take part in.

Immiscor, eris, Pl. To be mingled, &c.

Immiserabilis, le, adject. Horat. ἀνέλεητος. That no man pitieth or helpeth.

Immiserabilitèr, adv. Plaut. ἀνελεήτως Without pity.

Immisericordia, æ, fœm. Liv. ἀνελεημοσύνη. Unmercifulnesse, hardnesse of heart.

Immisericors, adj. ἀνελεήμων, ἀνελεήτως. Without pity, unmercifull.

Immisericorditèr, adverb. Plaut. ἀνελέητος, πλεῶς. Cruelly, without mercy, pittifully.

Immissarius, ii, m. g. Fest. A suborned accuser, qui immittitur.

Immissarium, receptaculum in quod immittitur aqua, ut postea indè erogetur, Vitr.

Immissio, onis, fœm. gener. Verbal. ἐφεσις, ἐγκέντρισις, A sending, or putting in, a setting or grafting, a suffering to grow.

Immissor, m. Dig. He that sendeth in

Immissum, si, n. Jabolquod ex nostro ædificio protensum in alieno recumbit, ut tigna, trabes, &c. quæ ex nostro pariete in parietem vicini immittimus ἐμβεβλημένον.

Immissura, æ, f. Hul. The laying in of a beame.

Immissus, a, um, p. ἐπίθυτος, ἐμβεβλημένος immissa barba pro prominenti, prolixa. Immissus item consectus. Put, layed or thrust in, suborned, sent privily, hanging down, let grow in length.

Immistus, a, um, p. ab immisceor, idem.

Immixtus, a, um, ab immisceor, idem.

Immitis, te, ad. Vir. ἀνήμερος, ἀνώμος, ἀγριος, ἀπαλλαγητος. Cruell, without pity, ungentle, rigorous, sower, unpleasant, naught, tempestuous, troublous, sore.

Immitto, is, misi, missum, ĕre, aliquando pro subornare, ἐμβάλλω, εἰσπέμπω. To send, cast into, to suborne and bring, to send or purpose, to do, to incense, to drown himselfe in, also to lay a prop upon another mans wall for supportance of my house, to let slack or at large.

Immo, v. imò.

Immobilis, le, ἀκίνητος. Immovable, stedfast.

Immobilitas, átis, ἀκινησία. Stedfastnesse.

Immobilitèr, ad. Boet. ἀκινήτως. Vnmoveably.

Immoderatus, a, um. ἀμέτρητος, ἀμέτρος. Immoderate, superfluous, without rule, wild, outragious.

Immoderatè, adv. & immoderatissimè, Suet. ἀπαλλάτως, ἀμέτρως. Immoderately, soomeasurably, disorderly, fondingly, unreasonably.

Immoderátio, onis, f. ἀμετρία, ἀπλησία. Vnruliousnesse, want of judgment and reason.

Immoderor, áris. To distemper.

Immodestus, a, um, ἀπαλλος, ἀκόσμος. Without temperance, immodest, unsoberly, unmannerly, unseemely, (ous).

Immodestè, adv. ad Heren. ἀρρύθμως Out of measure finely.

Immodestia, æ, f. Plaut. ἀμετρία, ἀσωτία. Sawcinesse, lacke of modesty, unsoberneſse, importunity or unreasonableneſse.

† Immodíco, as, To become ungall.

Immodicus, a, um, ἄμετρος. Vnreasonable, excessive, too long, over many.

Immodicè, adv. Colum. ὑπερβαλλόντως, ἀσώτως. Out of measure, exceedingly.

Immodulatè, adv. Boet. Without melody.

Immodulatus, a, um. ad. ἀναρμόστως, Without proportion, without melody.

† Immolatitius, a, um, i, sacrificatius.

Immolatrix, f. Tert. She that offereth.

Immolo, as, Vir. molare est mola, id est, farre molito, & sale hostiam perspersam sacrare, Fest. Σφάζω, ἱερεύω, alii pro interficio. To offer

fer, to sacrifice, to kill, Leg. & immolor.

Immolatio, onis, fœmin. gener. Veth. θυσία, σφαγή. A sacrificing, or offering.

Immolator, oris, m. g. θύτης, σφαγεύς. An offerer in sacrifice.

Immolatus, a, um, particip. Horat. ἱερεῖος. Offered, sacrificed.

Immolior, inædifico, unde apud Liv. immoliturpassivè, quæ in loca publica inædificata immolitaq; privati habebant, v. Turn. l. 25. Mart.

Immolitus, a, um, adj. Liv. οἰκοδομηθείς. Builded, erected.

† Immordeo. To bite into.

† Immorigerus, a, um, ad. Bar. Disciplinæ.

Immorior, eris, ortuus sum, ori. Pl. ἀναθάπτω τινὰ. To die in or upon a thing, to be continually in.

Immoriturus, a, um, p. Quin. Ad mortem.

Immoror, aris, depon. Colum. ἐμμένω, ἐγχρονίζω. To abide, rest, or continue in.

Immorsus, a, um, Stat. Theb. Bitten into, item jejunus.

Immortalis, le, ἀθάνατος, ἀφθαρτος, ἄληκτος. That liveth for ever, immortal, that shall never have end.

Immortalior, comp.

Immortale, adv. & immortaliter, Val. Fla. ἀεὶ or ἀϊδίως ἄτατα, Immortally, perpetually.

Immortalitas, ātis, f. ἀθανασία, ἀφθαρσία. Everlastingnesse, perpetuall life, everlasting name or praise, perpetuall memory.

Immortalitùs, adv. pro divinitus, Non. & immortaliter.

Immortuus, a, um, p. ab immorior, ἀναθανὼν. Dead, past, forgotten.

Immotus, a, um, Pl. ἀκίνητος, ἀμετάθετος. Unmoved, stedfast, firme, constant that wavereth not.

Immugio, is, ivi, vel ii, itum, ire, Vir. μυκάομαι. To make a hideous noise, to roare.

Immugitor, oris, m. g. Frag. Poet. He that maketh a great noise.

Immulgeo, es, si, vel xi, sum, vel ctum, ere, Vir. ἐναμέλγω. To milke.

Immulgeor. Pl. To be milked into.

Immunditia, æ, f. Agel. ἀκοσμία. Sluttishnesse.

Immunditiei, es, f. g. Agel. μιασμός. Sluttishnesse, uncleanenesse.

Immundus, a, um, adject. Ter. καθαρτός, ῥυπαρός. Foule, filthy, uncleane.

† Immungo. To cleanse.

Immūnificus, a, um, Plaut. ἀνελεύθερος. That beareth no office or charge, a niggard.

Immunis, ne, liber & vacuus à munere, ἀτελής, ἀτελεστός, ἀλειτούργητος. Free, without charge, that paied no tribute, rent, or service, idle, discharged from, that medleth not, innocent, Fest. immunis pro improbo quandoq; ponitur.

Immūnitas, ātis, f. g. ἀτέλεια. Freedome from any thing, liberty.

Immunitus, a, um, ἀφράκτος, ἀτείχιστος. Unfenced, unwalled, without garrison.

Immurmuratio, f. Am. Mar. A grudging at one.

Immurmuro, as, Vir. ἐπιμορμύρω, ἐπιβαθύζω. To murmure with one, to make a great noise.

Immusculus, li, masc. avis genus quam alii regulam, alii ossifragam dicunt, Fest. A wren, a young Eagle, id. quod immustulus.

Immustulus, ales ex genere aquilarum, raro apparet, dic. quod subitò & inspectato se immittat, al. immutat, Gl. inemustulus, ἀρπὶς βασιλικός. A bird of the kind of Eagles, a young eagle.

Immustulus, v. immustulus.

Immūtātor, m. Cod. He that changeth.

Immutatrix, f. Apol. She that changeth.

Immuto, as, μεταβάλλω, ἐναλλάσσω, ἀλλοιόω. To change, to alter, to vary.

Immūtābilis, le, ἀμεταβλητος, ἀστατος. Unchangeable, constant, that is not changed.

Immutabĭlĭtas, ātis, ἀμεταβλησία. Constancy, unchangeablenesse.

Immutabĭlĭter, adv. Ap. ἀστατῶς. Unchangeably, constantly.

Immutatio, onis, f. Verb. μεταβολή, ἐναλλαγή. A changing, an altering.

Immutatus, a, um, part. ἀλλοιωθείς. Changed, altered, also, unchanged.

Immutesco, is, ere. Quin. φιμοῦμαι. To be dum, to keep silence.

Immutio, is, ire, Stat. Theb. To grumble.

Imò, imum proprie infimum dicitur, quoniam vero in multis, ut in pectore quæ infima sint etiam intima sunt, imum plerunque pro intimo accipitur, ab eo fit immò conjunctio, quæ apud vet. sig. prorsus, q. ex intimo, nunc vero fingit, quin potius, Perot. μᾶλλον μὲν δή, καὶ μᾶλα, ἀλλὰ δή. But rather, yea rather, yet, yea, ut ex supremus summus, ita, ab infimo, imus, vide imus.

Impacābilis, le, adj. That cannot be appeased.

Impacatus, a, um, adj. Vir. ὁ πολεμικὸς, ἀκαταλλακτος. Unappeased, unpacified, quarrellous, mortall.

Impactio, ōnis, f. verb. ab impingo, Sen. ἐφεδρεία. A striking, a dashing together.

Impactor, oris, m. He that driveth in.

Impactus, a, um, p. ab impingor, Luc. ἐμπεπληγώς. Beaten against, cast, or put into.

Impages, is, à pangendo, id est, figendo, Fest. fœm. gener. ἁρμογή, impages dicuntur quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant, à pangendo, id est, figendo. A pin driven into timber to fasten the joynt, also a hoope.

Impalam, i. palam.

Impalleo, es, ui, ere, Stat. ὠχριάω. To wax pale.

Impallesco, is, ere, Pers. ἐπωχρέω, impallescere est rei alicui tam pertinaciter incumbere, ut inde pallor contrahatur. To give himselfe so eagerly to a thing, as thereby to get a paleneſſe.

Impallidus, a, um, Stat. Not quaking, without feare.

† Impānātio, ōnis, f. g. A reall turning of another substance into bread.

Impancro, as, Fest. dicitur pro invado, ex Græc. quasi πᾶν κράς, id est, omnem consumo, Var. To waste, to destroy, to invade.

Imparate, adverb. Without preparation.

Impar, āris, adj. non par. ἀνάρμοστος, ἄνισος. Not equall, not alike, not sufficient, differing in odde.

Impărātus, a, um, adject. & imparatissimus, a, um, Cæs. ἀκατασκεύαστος. Unprovided, unfurnished, not of ready wit.

Imparans, tis, adject. non parens. Disobedient.

† Imparentia, æ, f. dicitur quum quis non paret superioris imperio, Gel. l. 13.

† Imparia seu imperia, Jos. Scal. in Var. Napery, or plate that commeth not every day abroad.

Impărĭtas, ātis, f. Asin. Capit. ἀνισότης. Unequality. v. Gel. 5. 20.

Imparitas, ātis, idem.

Imparĭter, adv. ἀνίσως, ἀνωμάλως. Unequally, unevenly.

† Impartio, v. impertio.

Impasco, is, pavi, pastum, ere, & impascor, eris, pastus sum, sci. Col. ἐνέμομαι, σφαγιάζομαι. To feed within.

Impassibilis, le, Isid. ἀπαθὴς. That cannot suffer, that cannot bee moved with any perturbation.

Impassibilitas, atis, f. ἀπαθεια. Impassibility.

Impassĭbĭlĭter, adv.

Impastus, a, um, adj. Vir. ἀνήστις, ἀπαστος. Unfed, unpastured, hungry.

Impatibilis, le, adject. ἀβάστακτος, ἀφορητος. Untollerable that cannot bee suffered.

Impatiens, adject. Plin. ἀπαθὴς. nullius laboris aut doloris patiens, leg. pro valde patiens, Senec. That cannot suffer or abide, that cannot bridle, also quiet, free from all remorse of care: leg. ior, issimus.

Impatienter, adv. Pl. Jur. ἀνυποίστως, ἀμαυρῶι. Impatiently, hardly.

Impatientia, f. g. Plin. ἀνωσία, ἀκαρτερία. *Impatience, lacke of suffering or bearing.*

Impatientior, ōris, comp. Plin. *That can leſſe abide.*

Impavidus, a, um. Plin. ἀδεὴς, ἄφοβος, ἄτρομος. *Bold, ſtout, without feare.*

Impavidè, adv. Liv. πολμηρῶς, ἀφόβως. *Boldly, ſtoutly.*

Impeccabilis, le. Ge. ἀναμάρτητος, impeccabilis, immunis à peccato, Gel. 17. 19. *That cannot offend or doe amiſſe.*

Impĕdandus, a, um. Col. *That muſt be ſet up with props.*

† Impĕdatūra, æ, f. g. *A footeſtep.*

Impĕdātus, a, um. Col. ἐμπεδωθεὶς. *Propped up.*

† Impĕdia, æ, f. *The upper leather of a ſhooe.*

Impĕdio, is, īvi, ītum, īre. ex in & pedes, id eſt, pedes involvo tricis, ἐμποδίζω, κωλύω, ἐπέχω. impedire etiam pro obſtare, impedimento eſſe. *To let, ſtay, hinder or cumber, to entangle.*

Impĕdior, īris. Vitruv. *To be hindered.*

Impediendus, a, um. p. ἐμποδισθέω. *To be letted or ſtopped.*

Impĕdiens, tis. p. Ovid. ἐμποδίζων, ἐμποδίων. *Hindering.*

Impĕditio, ōnis. ἐμποδισμὸς, κωλυσις. *An hindering.*

Impĕdīmenta, ōrum, neut. g. in exercitu dic. inſtrumenta, ſarcinæ, vel aliæ quævis res ad uſum exercitus, item jumenta, ἀποσκευαὶ, σκεύη πολεμικὰ. *The carriage of any army, bagge and baggage, all things neceſſary for an hoaſt.*

Impĕdimentum, ti, n. g. ἐγκοπὴ, ἐμπόδιον, κώλυμα. *A let, hinderance or ſtop.*

Impĕditor, m. g. Firm. *He that hindereth.*

Impĕditus, a, um. nomen ex part. ἐμποδισθεὶς. *Cumbred, diſturbed, intangled, tied up, knit.*

† Impĕdo, as. Col. ἐμποδῶ, pedaminibus fulcio. *To underſet or prop with forkes.*

† Impĕdor, āris. Colum. *To be underſet.*

† Impelimenta, id eſt, impedimenta, Feſt. D. & L. veteres aliqu. commutabant.

Impello, lis, pŭli, pulſum, ĕre. induco, incito, concito, aliq. urgeo, contorqueo, loco pello, ὠθέω, ἐπάγω, ἐλαύνω, ὁρμάω. *To thruſt violently, to drive forward, to enforce or move, to perſwade inſtantly, to plucke downe, to overthrow, to drive backward.*

Impellor, ĕris. Liv. *To bee driven forward.*

Impendeo, es, di, ſum, ere, ens. idem ſignificat quod ſupra aliquid pendeo, per Metaph. pro inſtare, ἐφαπτομαι, ἐπικρέμαμαι. *To hang over ones head, to bee like to happen ſhortly, to be neere at hand.*

Impendio, adv. ab impendo qua tenus eſt ſtipo, ingens facio, σφόδρα, ἄγαν. *Very much, more and more, by a great deale.*

† Impendiōſè. *Liberally.* unde impendioſitas.

† Impendioſus, a, um. adject. qui plus æquo impendit, δαπάνηρος. *To bee liberall, that ſpendeth more than needeth.*

Impendium, ii, neut. gen. diſpendium, impenſa, ab impendo ere, quæ omnia habent originem quod olim non numerabatur ſed appendebatur æs, quippe grave & non ſignatum. impendium id quod impenditur, ἀνάλωμα. Propriè eſt pecunia quæ erogando pendi ſolebat, Var. LL. Diſpendium ideò quod in diſpendendo ſolet minus fieri. compendium quod cum compenditur, una fit, à quo uſura quod in ſortem accedebat impendium appellatum, δαπάνη, τέλος, δαπάνημα, ἀνάλωσις. *Coſte, expence, a benefit; Alſo uſury, that which is above the principall.*

Impendo, dis, di, ſum, ĕre. idem quod expendo, vide Diſpendium, impendo propriè eſt pendo in aliquid, pecuniam penſam in locum aliquem repono & ſtipo, qui enim multam pecuniam accipieb. non in arca reponeb. ſed ſtipant in cella (vide Stips) hujus verbi ſignificatio appparet in p. impenſus, id eſt, farctus, & in impenſa id eſt, farctura. Sed verbum impendo uſurpamus proinſumo, ἀναλίσκω, nempe pendo in uſum, Mart. impendere operam pro collocare, δαπανᾶν, ἀναλίσκω. *To lay out money, to beſtow, to imploy.*

Impendŭlus, a, um. Enn. *That hangeth over or in.*

Impĕnĕtrābilis, le. Liv. ἀδιάβατος, ἄπορος. *That cannot be pierced or entred, invincible.*

Impĕnĕtrāle, lis, n. Feſt. cujus ultimum penetrale intrare non licet; adytum ergo eſt.

Impennatas agnas in Carm. Vet. pro ſpinis uſurparunt, quæ non habent ariſtas, agnas, n. nova voluerunt intelligi, Feſt.

Impennātus, pennis non præditus, vide Pennatus.

Impennis, adj. Sidon. *That lacketh feathers.*

† Impenno, as. *To fill or ſtieke with feathers.*

Impenſa, æ, f. non penſa, æs ſacrum quod nondum erat penſum, ſed ſtipatum. Feſt. vide Calig. ad Var. unde quævis ſtipatio & farctura impenſa diceretur, Pallad. Protectorio quo parietes conteguntur pecunia nondum penſa. 2. farctura. 3. ſumptus qui impenditur vel impenſus eſt in rem aliquam. Sumptus conſideratur vel ratione materiæ, ita pecunia quæ depenſa, vide M. δαπάνη, ἀνάλωμα. *Expence, coſte, charge, a benefit.*

Impenſè & impenſiùs, adv. πάνυ, σφόδρα. *Greatly, earneſtly, ambitiouſly, very buſily.*

† Impenſibilis, le. quod ſatis expendi non poteſt, Gel. ἀνεξίλογος. *Without any conſideration.*

Impenſum, ſi, n. Celſ. δαπάνη. *A benefit.*

Impenſus, us, m. χρησία. *Imployment.*

Impenſus, a, um. part. ab impendor, id eſt, in locum aliquem penſus, atque ibi ſtipatus: hinc impenſa ſit ſtipatus, farctus, multus, magnus, ſed uſitatiſſ. inſumptus, collocatus, δαπανηθεὶς. *Beſtowed, employed, not yet payed.*

Impenſus, a, um. nomen ex par. & impenſior, comp. & impenſiſſimus, ὁ πάνυ ἀκριβὴς, ἀκριβὴς. *Great, grievous, intollerable.*

Impĕrātīvus, a, um. ἐπιτακτικὸς. *That commaundeth, that is commaunded.*

Impĕrātor, ōris, verb. ab impero, quod exercitui quæ factu opus ſunt imperat. ἡγεμὼν, αὐτοκράτωρ, ἄρχηγὸς. *The Generall of an Army, he that hath authority to commaund, an Emperour, a maiſter.*

Impĕrātōria, æ, f. g. vide Alterantium & ſeptiſolium. *An herbe Maiſterwort.*

Impĕrātōrius, a, um. βασιλικὸς, ἡγεμονικὸς. *Belonging to an Emperour or Captaine.*

Impĕrātrix, cis, f. verb. ἡγεμονὶς, βασίλισσα. *A Lady, the chief Gouvernaſſe.*

Impĕrātum, ti, n. Celſ. πρόσταγμα. *A commaund,* quandoque & primariè ſign. non paratum

Impĕrātōrie, adv. Treb. Pol. ἡγεμονικῶς. *Imperiouſly, or by way of commaunding.*

Impĕrātus, a, um. Cæſ. προστεταχθεὶς. *Commaunded, bidden.*

Imperceptus, a, um. Gel. ἀκατάληπτος. *That cannot bee taken or conceived.*

† Impercito, id eſt, parcito.

Impercitus, a, um. Sil. Ital. *Not ſtricken or moved.*

† Imperco, is, ĕre. pareo, F. Plaut. *To make much of ones ſelfe.*

Imperce-

Imperè, adv. Plaut. à parco. *With ease to one's selfe.*

Imperculsus, a, um. Apol. ἀπλήκτ@. *Undaunted.*

Imperculsus, a, um. Ovid. ἄτουτ@, ἀδίκητ@. *Unstricken, without a noise.*

Imperditus, a, um. adj. Virgil ἀδιαφθάτος. *Not lost or destroyed.*

Imperfectio, ōnis, f. Cæl. ἀτέλεια. *Unperfectnesse.*

Imperfectus, a, um. adject. ἀτελὴς, ἐλλιπὴς. *Not ended, deficient, unperfect.*

Imperfossus, a, um. adjectiv. Ovid. ἄτρητ@. *Not digged or thrust through.*

Imperillis, le. βασιλικὸς. *Royall w chiefe.*

† Imperiōsitas, ātis, f. *Sauciasse, imperiousnesse.*

Imperiōsus, a, um, & sior, Hor. & simus, Liv. ἀρχικὸς, σωματικὸς, αὐτοκρατορικὸς. *Lordly, imperious, stately, that commandeth by authority, that may not be striven against, rough.*

Imperiōsè, adv. ἐπιτακτικῶς. *Stately, powerfully, lordly.*

† Imperitābundus antiqui pro imperitans.

Imperīto, as. frequ. ab impero, Liv. πρσταίλω. *To rule, to be captaine over.*

Imperitia, æ, f. g Plin ex imperitus, ἀπειρία, ἀμαθία, ἀτεχνία. *Lacke of knowledge, ignorance, unskilfulnesse.*

Imperitè, adv. & ssimè, ἀτέχνως, ἀγραμμάτως. *Unexpertly, unlearnedly, unskilfully.*

Imperītus, a, um. adj. Cic. ἀπειρ@, ἀτέχν@, ἀμαθὴς. *Unskilfull.*

Imperium, ii, neut. ex impero, est actio imperantis, & auctoritas, & illi homines. & loca quibus imperatur. ἀρχὴ, ἐπιταγὴ, δυναστία. *A soveraine commandement or charge, authority royall, office, power, dominion, Empire, jurisdiction.*

Imperjūratus, a, um. adj. Ovid. *That is never sworne, or falsely sworne by.*

Impermissus, a, um Horat. adj. ἀσκὸς. *Unlawfull.*

Impermixtus, a, um. adj. ἀμιγὴ@. *Not mingled.*

Impermūtatus, a, um. Cal. ἀμετάλλακτ@. *Not changed.*

Impĕro, as. dictum ab in intensiva particula & paro, quasi statim paro vel prorsus paro, Perot. quandoque ponitur simpliciter pro paro. a. præcipio: ita imperare est velle parare per alium: plus est imperare quàm jubere, πρσταίλω, κελεύω, κράτω, ἄρχω. *To command with authority, to injoyne, to have the Lordship over, to overcome, to represse, to determine with himselfe, to straine himselfe to, to exact, require or enjoyne, to will one to doe.*

Impĕror, aris. *To be commanded.*

Impersonalis, le. pris. ἀπρσωπος. *That hath no persons, impersonall.*

Impersonaliter, adverbium. Flor. ἀπρσωπως. *Without naming persons.*

Imperspĭcax, adj. Apol. *Not foreseeing.*

Impersuasibilis, Apol. ἀπειθὴς. *Unpersuasible.*

Impertĭtus, a, um. adject. ἀνάλωτος, ἀτάρακτος *Stout, hardy.*

Impertĭnens, adjectiv. Digest. ἀπροσήκων. *Not pertaining, impertinent.*

Impertio, is, īvi, ītum, īre. & impertior, iris, itus sum, iri, Depon. ex in & partior, participem facio, μεταδίδωμι, διανέμω. *To participate, to give part to any, to communicate, to imploy, to deale, to make acquainted with.*

Impertior, pass. *To be bestowed.*

Impertītus, a, um. p. pass. Suet. *Made partaker of.*

Imperturbatus, a, um. Plin ἀτάρακτος, ἀθόρυβος. *Not troubled, cleare, without winde or clouds.*

Impervius, a, um. Ovid. ἀδιέξοδος, ἄβατος, ἀνόδος. *That cannot be passed or gone through.*

† Impes, etis, m. vide Impetus.

Impĕsco, cis. Fest. impescere in lætam segetem, pascendi gratia immittere. *To turne beasts into ranke corne to feed.*

Impete, abl. pro impetu, ab antiquo nominativo impes, Plaut. vide impetus, ὁρμὴ@. *With force or violence* & impete, adv. Tac.

† Impeteius, βιαίως, qui cum impetu fertur ad aliquod, M. ex Gloss.

† Impetibĭlis, le. Gloss. qui peti, id est, prehendi non potest. *Which cannot be hurt or come unto, also easie to be assailed or touch;* Solin. *unsufferable, intollerable,* Apul.

† Impetīginōsitas. *Scabbinesse.*

† Impetiginōsus, V. impetigosus.

Impetīgo, ĭnis. Plin. f. & impetis, Fest. ab in & pet go quod vicina petat, Perot. quæ impetit & infestat cutem similis scabiei, impetigo cum impetu celeriter & latè procedit, & petit seu impetit & invadit cutis partem unam post aliam, Mar. ab impetu pituitæ, Ser. ab impete, al. ab in & petigo antiqu. impetix pro eodem, ἕλκος, ψώρα. *A ringworme, running with a dry scab and itching in any part of the body,* vide Hyrundo.

Impetīgōsus, a, um. Gloss. *Troubled with that disease.*

Impĕto, is, īvi, ītum, ĕre, tens. part. Var ex in & peto, modum excedo sive valdè & cum vi quadam peto, καθάλλομαι, ὁρμῶ. *To invade or set upon.*

